Ameos, *vel ejus defectu*, Naſturtii hortenſis,
Summitatum Althææ, *ana Manipulos duos.*
Granorum Alkekengi,
Cicerum rubeorum,
Seminum Milii Solis, *ana Vncias duas.*
Citria, aut Limonia Mala in orbiculos ſecta, *numero iij.*

*Omnia ut decet præparata macerentur per diem integrum in vini albi libris decem, aut minùs, dummodo materiæ debitè contegantur; poſteà deſtillentur ut artis eſt, & aqua exſtillans vaſe vitreo recõdatur ad uſum.*

## Aqua Theriacalis.

℞. Radicum Scorzoneræ *Vnciam unam.*
Angelicæ,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 68 sur 259

©BIU Santé



Gentianæ,
Zedoariæ,
Dictamni vulgaris offic.
Enulæ campanæ,
Cyperi rotundi veri,
Ariſtolochiæ clematitis,
Petaſitidis, ſiccatarum,
Seminum Rutæ,
Cardui benedicti,
Acetoſæ,
Granorum Iuniperi,
Corymborum Hederæ, *ana Vnciam mediam.*
Foliorum Scordii veri,
Cardui benedicti,
Scabioſæ,
Pimpinellæ,
Acetoſæ, *ana Manipulum unum.*
Florum trium Cordialium,
Nympheæ,
Roſarum rubrarum, *ana Pugillum unum.*
Boli Armeni optimi *Drachmas tres.*
Cinnamomi,
Santali citrini,
Croci Britannici, *ana Drachmas duas.*

Citria

©BIU Santé



Citria Mala in orbiculos ſecta *Numero quatuor.*
Aurantia Mala per taleolas inciſa *Numero octo.*
Theriaces veteris optimæ *Vncias quatuor.*
Mythridatii optimi *Vncias duas.*
Vini Rhenani,
Succi Scordii veri, *ana Libras duas.*
Succorum Cardui benedicti,
Scabioſæ, vel Succiſæ, *ana Librã unam.*

*Omnia ut decet præparata indantur Cucurbitæ probè obturatæ, & macerentur in vino & ſuccis per viginti quatuor horas: poſteà diſtillentur in B. M. dumque exſtillarit aqua ad libras tres, mutetur vas recipiens, novoque ſuppoſito reſiduus liquor eliciatur ad ſiccitatem, & aqua hæc ſecunda ſeparato vaſe aſſervetur. E reliquo verò magmate cinefacto Sal Theriacale conficietur, uti ſuo loco fuſiùs.*

## AQVA AD LVMBRICOS.

℞. Rad. Graminis,
Filicis fœminæ, *vel ejus penuriâ,* maris,
Coſti amari, *ana Vnciam unam.*
Foliorum Agerati,
Abrotani maris,
Tanaceti,

©BIU Santé



Portulacæ,
Rutæ,
Perſicariæ urentis,
Abſynthii marini,
Summitatum Centaurii minoris,
Hyperici, *ana Manipulum unum.*
Corallinæ,
Seminum Santolinæ,
Portulacæ, *ana Drachmas tres.*
Aquæ Theriacalis ſecundæ,
Vini albi Gallici, *ana Libras duas.*

*Macerentur ſimul omnia per diem naturalem in Cucurbita ritè occluſa, tum deſtillentur in B. M. Magma reſiduum uſui erit, dum lubet, ad ſalem conficiendum.*

## LIQVORES ACIDI,
*ab aliis*
## ACETA & AQVÆ FORTES
*aut* SPIRITVS *dicti,*
*falsò* OLEA *nuncupati.*

### SPIRITVS, *ſeu veriùs* ACETVM VITRIOLI.

℞. Vitrioli Romani ad rubedinem calcinati & triti *Quant. ſuff.*

*Indatur*

©BIU Santé



*Indatur Retortæ benè lutatæ, vel Cucurbitæ terreæ, cui ritè aptatum ſit vas recipiens amplum, & deſtilletur aucto gradatim igne. Phlegma prodibit primò, aſcendent ultimò ſpiritus acerrimi, qui ſeorſim excipiantur.*

### SPIRITVS, *ſeu* ACETVM SVLPHVRIS.

℞. Sulphuris *Q. V.*

*Indatur crucibulo, catinove, & loco ac tempore humidiori accendatur ſub vitrea campana altiùs ſuſpenſa, ſexdecim ad minus librarum capace; fumus aſcendens concreſcet, & reſolvetur in liquorem acidum, vitreatâ paropſide circumquaque ſuppoſitâ excipiendum.*

### SPIRITVS, *ſeu* ACETVM SALIS *ex* AMSTEL.

℞. Muriæ fortiſſimæ, ex vaſis, quibus ſal aſſervatur exſtillantis, *Q. S.*

*In illam lateres vel tegulæ veteres intensè candentes pluries injiciantur, donec Q. S. Muriæ imbiberint, qui deinde contuſi indantur Retortæ lutatæ cum amplo recipiente, & deſtillentur per gradus ignis.*

AQVA

©BIU Santé



## AQVA PHILOSOPHICA, *ſeu* REGIA, *alias* CHRYSVLCA.

℞. Nitri repurgati, ſeu Salis Prunellæ,
Salis Ammoniaci, *ana Vncias duas.*

*Terantur ſimul, miſceanturque cum tertia ſilicis vel pumicis calcinati parte, tum imponantur amplæ Retortæ, cui magnum vas recipiens ſit appoſitum, lutoque firmo conglutinatum. Poſteà deſtillentur ex cineribus igne fortiori, donec omnes fumi magnâ violentiâ egreſſi fuerint, nec guttæ ampliùs Retortâ decidant: tum calentem adhuc Retortam exime, cui rurſum nova materialia eâdem ut priùs doſi impone, & capiti mortuo admixta ſimili ut ante cautione deſtilla.*

## LIQVORES PER DELIQVIVM, *vulgò* OLEA *dicti.*

### LIQVOR, *vulgò* OLEVM SACCHARI.

*Ex Citriis aut Limoniis Malis per medium ſectis aciditas omnis eximatur, factoque foramine parte inferiori, cavitates* Saccharo albiſſimo *ſeu* Panicio *repleantur. Tum conjuncti denuo cortices, in loco humido aut cavea collocentur, & ſenſim in ſuppoſitam paropſidem ſtillabit liquor uſui reſervandus.*

LIQVOR,

©BIU Santé



## LIQVOR, *vulgò* OLEVM MYRRHÆ.

℞. Myrrhæ electæ pulveriſatæ *Q. V.*

*Indatur albuminibus ovorum recentium ad duritiem coctis, & exempto vitello per longitudinem inciſis, dum cavitates ad medietatem impleantur; tum albumina denuò conjuncta, filoque leviter conſtricta in loco humido craticulæ ſuperponantur, ut paulatim Myrrha in ſuppoſitum vas ſtillet ſoluta in liquorem, quo recenti ſemper utendum.*

## LIQVOR, *vulgò* OLEVM TARTARI.

℞. Tartari calcinati donec albeſcere incipiat, *Q. V.*

*Pulveratum indatur Manicæ Hippocratis laneæ, in cella humidiori ſuſpenſæ: ita pars Tartari in vas ſuppoſitum ſtillabit ſoluta in liquorem iteratò filtrandum.*

Notandum verò eſt aliud Oleum Tartari & præſtantiùs multo parari per Retortam.

# ACETA.

## ACETVM ROSACEVM, SAMBVCINVM.

*Fiunt hæc eodem modo.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 74 sur 259

©BIU Santé



℞. Florum utriuſvis, in umbra extra Solem exſiccatorum *Libram mediam.*

Aceti vini *Libras quinque.*

*Inſolentur æſtivis caloribus per dies circiter quadraginta, in vitreo aut vitreato vaſe anguſti oris, eoque obturato; tum abjectis floribus acetum colatum reponatur.*

## ACETVM SCYLLITICVM.

℞. Radicum Scyllæ ex arte purgatæ, in taleolas ſectarum, filo trajectarum, & modicè exſiccatarum, *Libram mediam.*

Aceti vini optimi *Libras quatuor.*

*Imponantur vaſi vitreo aut lagenæ, & vaſe ritè tecto Soli exponantur tempore æſtivo per dies circiter quadraginta: poſteà acetum tranſcolatum debitè reponatur.*

Hoc loco monemus Acetum aquæ vel oleo commixtum diverſa ſibi adſcire nomina, quod ſcitu neceſſarium eſt, ut ritè obſerventur Medicorum præſcripta.

OXYCRATVM, *ſeu* POSCA *fit ex parte una* Aceti vinei, *& ſex* Aquæ.

OXYRHODINVM *verò paratur ex parte una* Aceti roſati, *& tribus* Olei roſati *partibus.*

SVCCI

©BIU Santé



## SVCCI LIQVIDI.

SVCCVS ACETOSÆ.
AGRESTÆ, *ſeu* OMPHACIVM.
CITONIORVM.
GRANATORVM.
CITRI, *vel* LIMONVM.
RIBES.
ROSARVM RVBRARVM.

*Quia ſoli propemodum præcedentes Succi per annum integrum ſervari poſſunt incorrupti, ii ſuo tempore exprimentur, & vaſe idoneo, ſuperjecto, dum opus eſt, olei modico, ad uſum annuum recondentur.*

## DECOCTA.

### DECOCTVM COMMVNE MEDICINÆ.

℞. Hordei mundati *Pugillum unum.*
Prunorum *Numero duodecim.*
Paſſularum ab acinis mundatarum,
Liquiritiæ mundatæ, *ana Vnciam mediam.*
Seminum Aniſi,
Fæniculi, *ana Drachmas duas.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 76 sur 259

©BIU Santé



*Fiat decoctio ut artis eſt in Aquæ libris duabus circiter ad medias; coletur dum tepuerit.*

## DECOCTVM COMMVNE LAXATIVVM.

℞. Superioris colaturæ *Vncias ſexdecim.*
Foliorum Sennæ mundatorum *Drachmas ſex.*

*Bulliant ſimul leviter, dum circiter libra una ſuperſtitum reſideant ac colentur.*

*Quòd ſi præſcribatur à Medico Decoctum laxativũ duplicatâ doſi foliorum Sennæ, eam ex tempore paraveris pro doſi, ſi in prædicti* Decocti communis Medicinæ *Vnciis quatuor,*
Foliorum Sennæ *Drachmas tres*
*leviter incoxeris, ut Vnciæ tres plùs minùs ſuperſint: poſſetque & Sennæ doſis triplicari, ni ſaturatum plus ſatis decoctum, amplioris virtutis vix capax foret.*

## DECOCTVM COMMVNE CLYSTERIS.

℞. Foliorum Althææ,
Violariæ,
Malvæ,
Betæ,
Mercurialis, *ana Manipulum unum.*
Florum Chamæmeli,

Meli-

©BIU Santé



Meliloti,
Summitatum Anethi, *ana Manipulum dimidiū.*
Seminum Fœniculi *Vnciam mediam.*

*Decoquantur omnia ſimul in aqua communi ad libram unam; cui, ſi ad aliquot dies aſſervanda ſit in officina, ne corrumpatur, at magis ſtimulet, drachmæ duæ aut tres ſalis addi poſſunt.*

## DECOCTVM CARMINATIVVM.

℞. Seminum Aniſi,
Fœniculi,
Carüi,
Cumini, *ana Drachmas tres.*
Florum Chamæmeli,
Summitatum Anethi, *ana Manipulum medium.*
Vvarum paſſarum *Vnciam unam.*

*Decoquantur in libris duabus Aquæ plùs minùs ad medias, & colentur.*

## DECOCTVM, *ſeu* AQVA HORDEI.

℞. Hordei integri, & mundi *Partem unam.*
Aquæ fontanæ *Partes viginti.*

*Macerentur dum licet per aliquot horas, tum deſpumando coquantur, uſque dum hordeū plenè intumeſcat.*

©BIU Santé


## PTISANA VVLGARIS.

℞. Hordei integri, & mundi *Vncias quatuor.*
Aquæ fontanæ *Sextarios, vel Pintas quinque.*

*Macerentur ut ſupra, tum decoquantur deſpumando, uſque dum ſubrubro colore tingatur aqua, & hordeum crepet: tum adjice*

Glycirrizæ optimæ, & contuſæ *Vnciam unam & mediam.*

*Paulò poſt ab igne ſeponantur omnia, ſponte ſubſideant & frigeſcant; ſupererunt Ptiſanæ completæ plus minus Sextarii tres.* PASSVLATA *fiet, ſi addantur*

Paſſularum ab acinis mundatarum *Vnciæ tres: quod tamen non niſi ex Medici præſcripto faciendũ eſt.*

## AMYGDALATVM,
*ſeu*
## LAC AMYGDALINVM.

℞. Amygdalarum dulcium recenter mundatarum *Seſcunciam.*

*Terantur in mortario lapideo, affundendo ſenſim*
Aquæ elixatæ *Heminam, vel Pintam mediam.*
*Colaturæ fortiter expreſſæ adde*
Sacchari albiſſimi *Vnciam unam.*

Tum

©BIU Santé



*Tum rurſus parum coque, adjiciendo ſi lubet,* Aquæ roſatæ *Cochlear unum, &* Salis *momentum. Nec niſi ex Medici præſcripto minuatur Amygdalarum pondus, & non niſi imperata Lactucæ, Melonum, aut Papaveris addantur ſemina.*

## LAC VIRGINALE.

℞. Lithargyrii pulverati *Partem unam.*
Aceti vini optimi *Partes tres.*

*Bulliant ſimul ad tertiæ partis conſumptionem, tum Acetum deſtilletur per filtrum, atque utendi tempore commiſceatur ad partes æquales, ſequenti aquæ.*

℞. Aluminis vulgaris *Partem unam.*
Aquæ fontanæ *Partes ſex.*

*Coquantur ſimul ad tertias, & colentur uſui dicto.*

PARS

©BIU Santé



# PARS TERTIA,

## De Melitis, Syrupis, & Lohoch.

### MELITA.

#### HYDROMEL DILVTVM, *aliàs* AQVA MVLSA, *ſeu* MELICRATVM.

℞. Mellis optimi *Partem unam*.
Aquæ fontanæ *Partes decem*.

*Coquantur ſimul ad perfectã mellis deſpumationem.*

#### HYDROMEL VINOSVM.

℞. Mellis optimi *Partem unam*.
Aquæ fontanæ ad ignem priùs tepefactæ *Partes quinque.*

*Decoquantur ſimul blando calore, ſemper deſpumando, donec ovum recens injectum ſupernatet. Tum per ſubſidentiam clarificata, in doliola transfundantur, quæ priùs vinum generoſum continuere, poſteà inſolentur, aut in calido hypocauſto detineantur per ſex hebdomadas; tandem in cellam transferantur, & nonniſi poſt trimeſtre veniant in uſum.*

Hoc loco monendum eſt vinum quoque melitum nonnumquam reddi, tumque vocari

OINO-

©BIU Santé



OINOMEL, *quod paratur ex vini veteris partibus duabus, & una mellis.*

## OXYMEL SIMPLEX.

℞. Mellis optimi deſpumati *Libras duas.*
Aceti vini optimi *Libram unam.*

*Coquantur lento igne in vaſe fictili, non æneo, (nam acetum ex eo æruginem elicit) & redigantur in ſyrupi formam.*

## OXYMEL SCILLITICVM.

℞. Mellis optimi deſpumati *Libras duas.*
Aceti Scillini *Libram unam.*

*Coctione lentâ in vaſe, ut ſupra, fictili, redigantur in ſyrupi conſiſtentiam.*

## MEL MERCVRIALE.

℞. Succi Mercurialis igne deſpumati,
Mellis puri, *ana Partes æquales.*

*Miſce, & coquantur deſpumando lento igne in ſyrupi conſiſtentiam.*

K MEL

©BIU Santé



## MEL ROSATVM, *ſeu* RHODOMEL.

℞. Foliorum Roſarum rubrarum recentium, nondum penitus apertarum, *Libras tres.*

Aquæ calentis *Libras duodecim.*

*Macerentur ſimul horis circiter duodecim in vaſe terreo vitreato ſtricti oris, eoque operculato: poſteà in balneo calefacta colentur, & exprimantur. Eidem colaturæ, Roſarum tantumdem rurſum maceretur, coletur, & exprimatur; hiſque abjectis aliæ tertiò ſubſtituantur: tum colaturæ fortiter expreſſæ adde*

Mellis optimi deſpumati *Partem æqualem.*

*Coquantur in ſyrupi formam.*

## MEL ANTHOSATVM.

℞. Summitatum Roriſmarini cum floribus in umbra ſiccatarum *Libram unam.*

Aquæ calentis *Libras ſex.*

*Macerentur circiter per duodecim horas, tum colaturæ fortiter expreſſæ adde*

Mellis optimi deſpumati *Partem æqualem.*

*Coquantur lento igne in ſyrupi conſiſtentiam.*

DIA

©BIU Santé



## DIAMORON.

℞. Succi Mororum immaturorũ Mori nigræ arboris *Libram unã.*
Batinorũ, *ſeu* Rubi vulgaris *Seſquilibram.*
Mellis optimi deſpumati *Libras duas.*
*Coquantur lento igne in ſyrupum ſpiſſiorem.*

## SYRVPI.

### IVLEPVS ROSATVS, *ſeu* SYRVPVS REGIVS.

℞. Aquæ Roſarum ſtillatitiæ,
Sacchari panicii, *ana Partes æquales.*
*Moderato igne coquantur in ſyrupum dilutiorem.*

### SYRVPVS ACETI.

℞. Aceti vini optimi *Libram unam.*
Sacchari panicii *Libras duas.*
*Permiſce in vaſe fictili, & reducantur igne blando in debitam conſiſtentiam.*

©BIU Santé



## SYRVPVS E SVCCO LIMONVM.

℞. Succi Limonum per ſe expurgati, deinde colati, *Libram unam.*

Sacchari panicii *Seſquilibram.*

*Coquantur lento igne in Syrupum mediocris conſiſtentiæ.*

*Eodem modo parentur*

## SYRVPI DE SVCCO ACETOSÆ. AGRESTÆ.

Quippe his in Syrupis majorem non requirimus ſuccorum copiam, ne coctione longiore nimiam ſibi adſciſcant vim aſtringentem, & ſapore exaſperante, ac colore rufo ægrotis reddantur ingrati; nec minorem, ne refrigerent exiguum nimis. Acidi porro & acerbi ſucci cùm fixi ſint ac terrei, vi moderati caloris vim non perdunt, quin potiùs vigeſcunt magis: quâ de causâ ſuccorum plus admittimus in Syrupis ſequentibus, ut potentiùs roborent & aſtringant.

## SYRVPVS E SVCCO CITONIORVM. RIBES. GRANATOR. ACIDORVM. DVLCIVM.

℞. Succi prædicti cujuſcumque bene depurati *Libras duas.*

Sacchari

©BIU Santé



Sacchari panicii *Libram unam & mediam.*
*Coquantur ſimul igne lento in Syrupi formam.*

## SYRVPVS E SVCCO CICHORII.

℞. Succi Cichorii per ignem purificati,
Sacchari albi, *ana Libras tres.*
*Clarificentur, & coquantur in Syrupum.*

*Eâdem proportione parentur*

## SYRVPI E SVCCO BETHONICÆ.
FARFARÆ.
FVMARIÆ.

## SYRVPVS E SVCCO BVGLOSSI, *vel* BORRAGINIS.

℞. Succi utriuſvis, igne expurgati, *Libras quatuor.*
Florum ejuſdem *Libræ ſemiſſem.*
*Ferveſiant, deinde colentur; colaturæ adde*
Sacchari albi *Libras tres.*
*Clarificata ovorum albuminibus, coquantur in Syrupum.*

Borrago utraque recens in mortario trita, vix ſuccum reddit ob lentorem; quem faciliùs remittet, ſi minutim ſaltem conciſam expreſſeris torculari.

©BIU Santé



## SYRVPVS VIOLACEVS.

℞. Florum Violarum recentium, à caliculis mundatorum, & contuſorum, *Libram unam.*

Aquæ fontanæ calentis *Libras duas.*

*Macerentur in vaſe fictili vitreato optimè clauſo per horas viginti quatuor, deinde fiat fortis expreſſio, cui adde*

Sacchari puriſſimi pulverati *Duplum.*

*Miſce, & ad levem calorem reducantur in ſyrupum.*

## SYRVPVS DE GLYCYRRHIZA.

℞. Glycyrrhiſæ optimæ, mundatæ & contuſæ, *Vncias duas.*

Capilli Veneris veri, *vel ejus defectu,* Polytrichi *Vnciam unam.*

Hyſſopi mediocriter ſiccæ *Semunciam.*

Aquæ fontis fervefactæ *Libras tres.*

*Infundantur ſimul per horas viginti quatuor, tum leviter decoquantur; in colatura expreſſa diſſolve*

Sacchari albi *Libram unam.*

*Tum ſimul clarificentur: quibus poſtmodum adde*

Mellis deſpumati *tantumdem,*

*Et redigantur ut artis eſt in Syrupum.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 87 sur 259

©BIU Santé



Levem tantum coctionem injungimus, ne fortiori calore vis aliqua Polytrichi & Liquiritiæ diſſipetur in auras: Saccharum priùs, tum Mel ſeparatim addimus. quòd aliàs dum Mel ſimul cum Saccharo & decocto deſpumatur, turbidior remaneat Syrupus, & coletur difficiliùs. quod etiamnum cavemus in nonnullis aliis ſequentibus.

## SYRVPVS CAPILLORVM VENERIS, *ſeu* ADIANTHINVS.

℞. Capilli Veneris veri, vel (*ejus penuriâ*) Polytrichi mundati & inciſi, *Vncias quinque.*
Glycyrrhizæ optimæ, purgatæ & contuſæ, *Vnciam unam.*
Aquæ calentis *Libras quatuor.*
*Infundantur ſimul duodecim horis; deinde poſt leviſſimam ebullitionem reſideant ad teporem: tum fiat colatura exprimendo, quæ cum*
Sacchari albi *quantitate pari*
*clarificetur, & coquatur in Syrupum.*

Nolumus ex Plantio majorem Liquiritiæ copiam, ne ſolùm dulcedini intenti aut Bechicæ facultati, vim tenuandi ac detergendi nimiùm obtundamus.

## SYRVPVS E QVINQVE RADICIBVS.

℞. Radicum Apii,
Fœniculi,

Petro-

©BIU Santé



Petroſelini,
Aſparagi,
Ruſci, recentium, *ana Vncias quatuor.*
Aquæ fontis *Libras ſex.*

*Priores tres radices à lignoſâ matrice mundentur, tum cum reliquis coquantur ad tertiæ partis conſumptionem : expreſſo adde*

Sacchari albi *Libras quatuor.*

*Clarificata percoquantur in Syrupum.*

## SYRVPVS BYZANTINVS COMPOSITVS.

℞. Succorum Endiviæ ſativæ,
Apii, ut decet depuratorum, *ana Libras duas.*
Bugloſſi,
Lupuli, itidem defæcatorum, *ana Libram unam.*

*Quibus jugiter incoque*

Roſarum rubrarum recentium *Vncias duas.*
Glycyrrizæ *Semunciam.*
Seminum Aniſi,
Fœniculi, *ana Drachmas tres.*
Nardi Indicæ *Drachmas duas.*

*Colaturæ adde*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 89 sur 259

©BIU Santé



Sacchari albi *pondus æquale decocto.*
*Clarificata percoquantur in Syrupum.*

Subſtraximus acetum, ut plurimis mulierum morbis ſit accomodatior Syrupus; quod ſi alioquin requiratur, additur facilè dum lubet ex tempore. Apii quoque ſemine vix opus nobis eſſe viſum eſt, quòd ingratum ſit, cùm & ejus vice ſuccus Apii ſufficere videretur.

## SYRVPVS DE PAPAVERE SIMPLEX.

℞. Capitum Papaveris albi, recentium, & mediocriter maturorum, *Libram unam.*
*Infundantur per horas viginti quatuor in*
Aquæ pluviæ *Libris quatuor:*
*Tum coquantur donec marceſcant; cùm verò tepuerint, fricentur manibus, & exprimantur: expreſſo ade*
Sacchari,
Penidiorum, *ana Libram unam.*
*Percoquantur lento igne in Syrupum.*

Requirimus tantùm Papaveris albi capita tanquam probatiora, minùſque ſuſpecta. Saccharum verò copioſiùs addimus, ne aliàs diuturnâ coctione narcotica minuatur facultas.

## SYRVPVS PAPAVERIS RHÆADOS.

℞. Florum Papaveris Rhæados *Selibram.*
Aquæ fontanæ calentis *Seſquilibram.*
*Macerentur in vaſe fictili ritè operculato per diem*

©BIU Santé



*naturalem, deinde factâ expreſſione forti adde*

Sacchari albi, & ad conſiſtentiam tabellarum cocti, *Libram unam & mediam.*

Sacchari roſati *Vncias quatuor.*

*Miſce, & levi calore redigantur in Syrupum.*

## SYRVPVS DE NYMPHÆA COMPOSITVS FERNEL.

℞. Florum Nenupharis recentium, ab apicibus mundatorum, *Libram dimidiam.*

Violarum recentium *Vncias duas.*

Foliorum Lactucæ *Manipulos duos.*

Seminum Lactucæ,

Portulacæ,

Cucurbitæ, *ana Semunciam.*

*Coquantur in libris quatuor aquæ, dum tres ſuperſint: expreſſo adde*

Sacchari albi *Libras tres & mediam.*

*Simul clarificentur ut artis eſt, tum adde*

Aquæ Roſarum ſtillatitiæ *libram mediam.*

*Percoquantur in Syrupum.*

Vltra mentem authoris dimidiam Sacchari libram addimus, ne diutius bulliendo, vis Syrupi refrigerans exhalet.

SYRV-

©BIU Santé



## SYRVPVS E CORTICIBVS CITRI

℞. Corticum exteriorum Citrii Mali vel Limonii ſiccatorum *Vncias duas & dimidiam.*
Granorum Kermes (quàm fieri poteſt) recentiũ, vel Succi eorum advecti, *Drachmam unam.*
Aquæ fontanæ *Vncias viginti.*

*Infundantur per noctem, & coquantur igne lento in vaſe ſtricti oris optimè tecto, dum libra una ſuperſit, quæ cum*
Sacchari *pari pondere*
*Coquatur in Syrupum* Moſci *granis tribus condiendũ.*

## SYRVPVS E ROSIS SICCIS.

℞. Roſarum rubrarum recenter ſiccatarũ *Vncias ſex.*
Aquæ calentis *Libras quatuor.*

*Infundantur horis viginti quatuor, tum ferveſiant, & exprimantur: expreſſo adde*
Sacchari albi *Libras duas.*
*Lento igne clarificata coquantur in Syrupum.*

Si quis ſeriò perpendat, & experiatur quantum Roſæ ſiccatæ liquoris imbibant, quantumque ad eaſdem ritè infundendas requiratur humiditatis, is facilè intelliget nos Aquæ quantitatem meritò requirere ſolitò majorem. Quod & ipſum obſervare decuit in tribus ſubſequentibus Syrupis.

©BIU Santé



## SYRVPVS DE MENTHA.

℞. Menthæ Romanæ ſiccæ *Vncias octo*.
Roſarum rubrarum ſiccatarum *Vnciam unam*.
Succi Citoniorum.
Granatorum dulcium,
acidorum, vel Ribes, *ana Libras duas*.

*Infundantur ſimul per horas viginti quatuor, tum ferveant, & exprimantur : expreſſum cum*
Sacchari albi pari pondere
*clarificetur ; tum bulliant ſimul igne moderato, immergendo ſub finem decoctionis*
Specierum Diarrhodon Abbatis in nodulo ligat.
*Semunciam*,
*& reducantur in Syrupum.*

## SYRVPVS DE ABSYNTHIO ROMANO MINORI.

℞. Abſynthii Romani minoris in umbra exſiccati *Libram dimidiam*.
Roſarum rubrarum ſiccatarum *Vncias duas*.
Nardi Indicæ *Drachmas tres*.

Vini

©BIU Santé



Vini veteris optimi,
Succi Citoniorum, *ana Libras tres.*

*Infundantur per noctem, deinde ferveant, tum exprimantur: colaturæ expreſſæ adde*

Sacchari panicii
Mellis deſpumati, *ana Libram unam.*

*Coquantur ut decet in Syrupum.*

Abſynthium Romanum minus, ſeu tenuifolium hoc in Syrupo requirimus, quatenus præcipuè ad ventriculum roborandum tendimus, & ægrotantium palato adſtipulari deſideramus; quibus Romanum verum ſeu vulgare ingratum eſt ac tædioſum; quamquam ad externos uſus & deterſionem altero fortè ſit efficacius.

## SYRVPVS MYRTINVS COMPOSITVS.

℞. Baccarum Myrti *Seſcunciam.*
Meſpilorum immaturorum, & recentium, *Vncias tres.*
Santali albi,
rubri,
Seminum Sumach,
Balauſtiorum,
Roſarum rubrarum,
Fructuum Berberis, *ana Drachmas ſex.*

*Omnia ut decet contuſa decoquantur ex Aquæ communis libris ſex, in vaſe fictili non æneo, dum libræ*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 94 sur 259

©BIU Santé



*duæ plùs minùs ſuperſint, addendo ſub finem*

Succi Granatorum acidorum, vel Ribes,
Citoniorum, *ana Libram unam.*

*Poſteà adhuc parum bulliant, tum validè exprimantur, & cum*

Sacchari albi *Libris tribus*

*clarificata percoquantur in Syrupum.*

## SYRVPVS DE HYSSOPO.

℞. Hyſſopi vulgaris mediocriter ſicci *Seſcunciam.*
Paſſularum mundatarum,
Radicum Glycyrrhizæ contuſæ, *ana Vnciam unã.*
Enulæ campanæ,
Hordei integri, *ana Semunciam.*
Foliorum Scabioſæ,
Praſſii albi,
Pulmonariæ,
Apii vulgaris,
Polytrichi, recentium, *ana Manipulum unum.*
Ficus ſiccas,
Palmulas pingues, *ana Numero decem.*
Seminum Aniſi,
Fœniculi, *ana Drachmas tres.*

*Bullient*

©BIU Santé



*Bulliant ordine debito ex Aquæ fontis libris octo, dum tres ſuperſint; deinde tepefacta exprimatur, & cum*

Sacchari albi *Seſquilibrâ*

*clarificentur, additoque poſteà*

Mellis deſpumati *tantumdem,*

*coquantur igne moderato, condianturque*

Radicum Ireos Florentiæ nodulo ligatarum *Drachmis ſex.*

*Et reducantur in Syrupum.*

Syrupum hunc, quem unico ſputum attenuandi ſcopo deſtinamus, nullis incraſſantibus ( ut ſemine Malvæ, Citoniorum, aut Tragacantha ) nec alvum ducentibus ( Polypodio nempe vel Carthamo ) conſtare voluimus, quòd contrariæ actiones vix ſimul perfici poſſint. Quippe ſi partim incraſſandum, partim attenuandum è re natâ ſit, id facilè admixto Syrupo de Iujubis obtinebimus. Semina verò Fœniculi loco radicum ſubſtituimus, quòd ad expectorationem juvandam aptiora videantur, & flatus quoque diſcutiant, à quibus ſæpiùs ſpirandi difficultas augetur, ut apprimè obſervat Lobelius noſter.

## SYRVPVS DE JVIVBIS D. MESVES.

℞. Jujubas recentes *Numero ſexaginta.*
Hordei mundati,
Glycyrrhizæ,
Capilli Veneris, vel (*ejus defectu*) Polytrichi, *ana Vnciam unam.*
Florum Violarum,

Seminum

©BIU Santé


Seminum Malvæ, *ana Drachmas quinque.*
Citoniorum,
Papaveris albi,
Melonum,
Lactucæ,
Gummi Tragacanthæ, *ana Drachmas tres.*

*Decoquantur S. A. in Aquæ fontanæ libris ſex ad medietatis conſumptionem : expreſſo clarificato adde*
Sacchari panicii *Libras tres.*

*Bulliant rurſum leviter, immergendo ſubinde Tragacantham & ſemina Cidoniorum ac Malvæ nodulo ligatâ, & reducantur in Syrupum.*

Aquæ quantitatem ſolitâ majorem præſcribimus, tum ob ingredientium copiam, tum ne potiùs mucago fiat, quàm decoctum.

## SYRVPVS DE SYMPHYTO FERNELII.

℞. Radicum & cymarum Symphyti majoris,
Herbarum Bugulæ cum toto, *ana Partes tres.*
Bethonicæ,
Pimpinellæ,
Plantaginis minoris,
Polygoni,

Scabio-

©BIU Santé



Scabioſæ,
Tuſſilaginis,
Roſarum rubrarum, *ana Partes duas.*

*Ex omnibus virentibus & contuſis exprimatur ſuccus, & ignis beneficio expurgetur: ejus libris tribus percolatis adde*

Sacchari panicii *Libras duas & dimidiam.*

*Percoquantur in Syrupum. Quòd ſi verò radices Symphyti ſuccum vix ullum exprimendo remittant, eæ inciſæ & nodulo laxo exceptæ, Syrupo inter coquendum adjiciantur, ſæpiuſque comprimantur.*

## Syrvpvs Botryos Amstelr.

℞. Herbarum Botryos *Manipulos tres.*
Eryſimi,
Vrticæ majoris, *ana Manipulos duos.*
Caulium rubrorum,
Tuſſilaginis, *ana Manipulum unum & medium.*

*Coquantur in Aquæ communis libris quinque ad libras tres; colaturæ adde*

Sacchari albi *Libras duas & dimidiam.*

*Clarificata percoquantur in Syrupum.*

©BIU Santé



## SYRVPVS DE SCOLOPENDRIO FERNELII.

℞. Scolopendrii veri, *ſeu* Aſplenii *Manipulos tres.*
Radicum Polypodii querni,
Bugloſſi utriuſque,
Corticum radicum Capparis,
Tamariſci, *ana Vncias duas.*
Capilli Veneris, vel (*ejus defectu*) Polytrichi,
Lupi Salictarii,
Caſſuthæ,
Meliſſophylli, *ana Manipulos duos.*

*Coquantur ſuo ordine in Aquæ libris novem, dum ad quinque redeant: colato adde*
Sacchari albi *Libras quatuor.*
*Percoquantur in Syrupum expurgatum & clarum.*

## SYRVPVS DE PŒONIA.

℞. Radicum Pœoniæ maris, menſe Martio, & Lunâ decreſcente collectarum,
Raſuræ Ligni ſancti, *ana Vncias duas.*
Buxi *Vnciam unam.*
Seminum Pœoniæ maris *Vnciam dimidiam.*

Herba-

©BIU Santé



Herbarum Bethonicæ,
Galegæ, vel (*ſi deſit*) Primulæ Veris,
Verbenę, recentium, *ana Manip. unũ.*
Hyſſopi mediocriter ſicci *Manipulum dimidium.*
Florum Tiliæ recentium *Pugillos tres.*
Roſmarini,
Stœchados, *ana Pugillum unum.*

*Primò Guaiacum & Buxum infundantur per viginti quatuor horas in Aquæ libris quinque, tum cæteris ſuo ordine adiectis decoquantur ad medias: expreſſo adde*

Sacchari albi *Libras duas & dimidiam.*

*Fiat ex arte Syrupus.*

## SYRVPVS DE STOECHADE FERNELII.

℞. Florum Stœchados Arabicæ *Vncias quatuor.*
Bethonicæ,
Thymi,
Calaminthes,
Origani, *ana Seſcunciam.*
Salviæ,

©BIU Santé



Florum Roſmarini, *ana Semunciam.*
Seminum Rutæ,
Pœoniæ,
Fœniculi, *ana Drachmas tres.*

*Coquantur ex Aquæ libris decem ad medias: decocto, poſtquam in cooperto vaſe paulò refrixerit, colato adde*
Sacchari albi *Libras duas.*
*Simul clarificentur, poſteà adjiciendo*
Mellis expumati *tantumdem,*
*Coquantur lento igne, condianturque nodulo continente*
Radicum Zinziberis,
Calami aromatici, vel (*ſi deſit*) Acori,
Cinnamomi, *ana Drachmas duas.*
*Reducantur ut artis eſt in Syrupum.*

## SYRVPVS DE SCORDIO.

℞. Scordii virentis *Manipulos duos.*
Foliorum Sonchi levis, *ſeu* Cicerbitæ,
Endiviæ,
Borraginis,
Acetoſæ,
Florum Nymphææ recentium, *ana Manipulum unum.*



Bugloſſi,

Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 101 sur 259

©BIU Santé



Bugloſſi,
Roſarum rubrarum, *ana Pugillum unum.*
Seminum Citri, *vel* Limonum *Drachmas ſex.*
*Coquantur quo decet ordine in Aquæ Hordei libris quatuor ad tertiæ partis cõſumptionem: colaturæ adde*
Succi Scordii depurati *Libras tres.*
*Reſideant in vaſe tecto ad teporem; tum adjice*
Sacchari albi *Libras quinque.*
*Clarificata leniter bulliant, immergendo nodulo exceptam*
Camphoræ *Semidrachmam.*
*Et percoquantur in Syrupum.*

## SYRVPVS DE MELISSOPHYLLO FERNELII.

℞. Radicum Dictamni officinarum,
Pentaphylli,
Biſtortæ,
Zedoariæ, *ana Semunciam.*
Foliorum Meliſſophylli,
Succiſæ,
Scabioſæ,
Florum Bugloſſi vulgaris,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 102 sur 259

©BIU Santé



Borraginis,
Roſmarini, *ana Manipulum unum.*
Seminum Oxalidis,
Citrii Mali, *vel* Limonii,
Fœniculi,
Cardui benedicti,
Ocymi, *ana Drachmas tres.*

*Coquantur per ordinem in Aquæ libris quatuor ad dimidias: expreſſo adde*

Succi Meliſſæ *Selibram.*
Sacchari albi *Libras ſex.*

*Clarificentur ut decet, tum adjice*

Rhodoſtagmatis *Libram mediam.*

*Ebulliant lento igne, jugiter immergendo raro linteo illigatam*

Cinnamomi,
Santali citrini, *ana Semunciam.*

*Et reducantur in Syrupum perfectum.*

## SYRVPVS DE ALTHÆA FERNELII.

℞. Radicum Althææ recentium *Vncias duas.*
Cicerum rubeorum *Vnciam unam.*
Radicum Aſparagi,

Grami-

©BIU Santé



Graminis,
Liquiritiæ,
Paſſularum exacinatarum, *ana Semunciam.*
Cymarum Althææ,
Malvæ,
Helxines,
Pimpinellæ minoris,
Plantaginis majoris,
Polytrichi,
Rutæ murariæ, *ana Manipulum unum.*
Quatuor Semin. frigid. majorum,
minorum, contuſorum,
*ana Drachmas tres.*

*Coquantur ex ordine in Aquæ communis libris octo, dum ad quinque redeant: expreſſo clarificato adde*
Sacchari panicii *Libras quatuor.*
*Fiat ex arte Syrupus.*

Plantaginem majorem, utpote magis ſucculentam, & leniendis renum ardoribus aptiorem, ſelegimus: in Syrupo verò de Symphito minorem prætulimus, ſicciore nempe, & ad ulcera interna accomodatiore dote præditam.

SYRV-

©BIU Santé



## SYRVPVS DE RAPHANO FERNELII.

℞. Radicum Raphani domeſtici,
ſylveſtris, *ana Vnciam unam.*
Saxifragiæ hircinæ,
Ruſci,
Leviſtici,
Eryngii,
Anonidis,
Petroſelini,
Fœniculi, *ana Semunciam.*
Foliorum Bethonicæ,
Pimpinellæ minoris,
Pulegii,
Naſturtii hortenſis,
Crithmi,
Callitrichi, *ſeu* Trichomanes,
Cymarum Vrticæ, *ana Manipulum unum.*
Fructus Halicacabi,
Zizypha, *ana Numero viginti.*
Seminum Ocymi,
Bardanæ,
Petroſelini Macedonici,
Seſeleos,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 105 sur 259

©BIU Santé



Carüi,
Dauci,
Lithoſpermi minoris,
Corticum radicis Lauri, *ana Drachmas duas.*
Vvarum paſſarum expurgatarum,
Liquiritiæ contuſæ, *ana Drachmas ſex.*
*Coquantur quo decet ordine in Aqua libris decem, dum ſex ſuperſint: colaturæ adde*
Sacchari albi *Libras quatuor.*
*Simul clarificentur, & poſteà adjectis*
Mellis deſpumati *Libris duabus*,
*Ebulliant lento igne, & condiantur*
Cinnamomi *Vnciâ unâ.*
Nucis Moſchatæ *Semunciâ.*
*Ac reducantur in Syrupum.*

## SYRVPVS DE ARTHEMISIA FERNELII.

℞. Arthemiſiæ *Manipulos duos.*
Radicum Iridis,
Helenii,
Rubiæ,
Pœoniæ,

©BIU Santé



Leviſtici,
Fœniculi, *ana Semunciam.*
Herbarum Pulegii,
Origani Heracleotici,
Calaminthæ montanæ,
Nepethæ,
Meliſſophylli,
Sabinæ,
Sampſuci,
Hyſſopi,
Praſſii albi,
Chamædrios,
Chamæpityos,
Hyperici,
Parthenii,
Bethonicæ, *ana Manipulum unum.*
Seminum Aniſi,
Petroſelini,
Fœniculi,
Ocymi,
Dauci,
Rutæ,
Nigellæ, *ana Drachmas tres.*

*Primùm radices præparatæ ut decet, & inciſæ, bulliant parum ex* Hydrome-

©BIU Santé



Hydromelitis dilutioris *Libris octo.*

*Tum adjectis herbis & ſeminibus, infundantur ſimul per horas viginti quatuor, poſteà bulliant dum libræ quinque ſuperſint. cùm verò tepuerint, manibus fricentur, & exprimendo colentur: colato adde*

Sacchari albi *Libras quinque:*

*Simul clarificentur, tum condiantur nodulo incluſis*

Cinnamomi *Vnciâ unâ,*

Nardi Indicæ *Drachmis tribus.*

*Percoquantur in Syrupum.*

## SYRVPVS DE CICHORIO COMPOSITVS.

℞. Hordei integri,

Radicum Apii,

Fœniculi,

Aſparagi, *ana Vncias duas.*

Herbarum Cichorii *Manipulos tres.*

Endiviæ domeſticæ,

ſylveſtris,

Taraxaci, *ana Manipulos duos.*

Cicerbitæ,

Lactucæ ſativæ,

Hepaticæ,

©BIU Santé



Fumariæ,
Polytrichi,
Aſplenii,
Salviæ vitæ,
Summitatum Lupulorum, *ana Manipulum unu*
Fructuum recentium Alkekengi,
Radicum Glycyrrizæ, *ana Drachmas ſex.*
Aquæ fontanæ *Libras duodecim.*

*Coquantur ordine debito ad libras plùs minùs octo: in colatura diſſolve*

Sacchari albi *pondus æquale.*

*Clarificata ſimul percoquantur in Syrupum.*

## SYRVPVS DE CICHORIO COMPOSITVS CVM RHEO

℞. Decocti ſuperioris clarificati & calentis *Libram unam.*
Rhabarbari electi & inciſi *Vnciam unam.*
Cinnamomi,
Schænanthi, *ana Semidrachmam.*

*Infundantur ſimul per horas viginti quatuor: tum colaturæ expreſſæ adde*

Sacchari albiſſimi, *ſeu* panicii *Seſquilibram.*

*Evapo-*

©BIU Santé



*Evaporent ſimul leniſſimo balnei calore, vel in duplici vaſe, dum reducantur in Syrupum.*

## SYRVPVS DE CICHORIO COMPOSITVS TRIPLICATO RHEO.

℞. Decocti ſuperioris clari ac tepentis *Libras duas & mediam.*

Rhabarbari optimi inciſi *Vncias tres.*

Cinnamomi,

Schœnanthi, *ana Drachmam unam.*

*Infundantur ſimul horis viginti quatuor, dein exprimantur: in colatura expreſſa diſſolve*

Sacchari panicii *Libram unam & mediam.*

*Evaporent ſimul moderato balnei calore, moveanturque per vices ſpatulâ, dum coëant in Syrupi conſiſtentiam.*

In binis hiſce poſterioribus Syrupis, ne quis ſuſpicetur nos ſolito plus ſumere Rhabarbari, advertat ſeriò experientiâ duce, è ſeſquilibra Sacchari cum infuſo ritè percocti duas ſolummodo libras emergere Syrupi, ideoque prioris Syrupi quibuſque libris ſemunciam ſaltem ineſſe Rhabarbari, ut antiqua fert deſcriptio. Quam ob rem & ſingulis Syrupi Rheo triplicati unciis, drachma una, ſingulisque libris exactè ſeſcuncia reſpondet Rhabarbari; cujus vim ſolutivam ut faciliùs imbiberet prius decoctum, aquâ copioſâ jubemus celebrari, ne aliàs præcedentium herbarum viribus plus ſatis impręgnatum, totam Rhabarbari tincturam extrahendo ac ferendo

©BIU Santé



impar foret: quam neque plenè imbiberet dum Rheum triplicatur, ſi minor quàm præſcribamus, decocti copia aſſumeretur; & quamvis liquor reſpectu Sacchari copioſior videatur, eò mitiore poſtmodum calore humiditas reſolvenda erit. Notandum quoque Syrupum hunc ultimum vix umquam majori per vicem pondere eſſe conficiendum, quòd dum plùs liquoris diſſipandum eſſet, multo major quàm ſuadeat proportio, ſolutivæ virtutis deperditio ſequeretur, cùm multò ſpirituoſior ſit Rhabarbari quàm Sennæ reliquorumve purgantium ſolutiva facultas.

## SYRVPVS ROSARVM PALLIDARVM SOLVTIVVS.

℞. Roſarum pallidarum recentium, à calicibus & floſculis mundatarum, *Libras tres*.
Aquæ fontanæ calentis *Libras duodecim*.

*Infundantur per diem naturalem, deinde rurſum in balneo calefactæ exprimantur: tum par florum quantitas iterum infundatur in eadem ipſa aqua, & exprimatur, idque novies iteretur. Poſtremæ colaturæ adde*
Sacchari albi *Pondus æquale*.

*Clarificentur, coquanturque lento igne in Syrupum.*

## SYRVPVS ROSARVM COMPOSITVS CVM SENNA & AGARICO.

℞. Infuſionis Roſarum pallidarum ter ſolùm repetitæ, deinde clarificatæ, *Libras octo*.

Sennæ

©BIU Santé



Sennæ mundatæ *Vncias octo.*
Agarici electi & inciſi *Vncias quatuor.*
Seminum Aniſi contuſorum *Vnciam mediam.*
Zinziberis *Drachmas duas.*

*Infervеſcat priùs Senna, tum infundatur cum Agarico ſpatio viginti quatuor horarum, deinde exprimendo colentur: colato adjice*

Sacchari panicii *Libras tres.*

*Solvantur ſimul in vaſe lato, & moderato balnei calore exhalent in Syrupi conſiſtentiam.*

Reſultabunt è perfecta coctione libræ circiter quatuor Syrupi, ut ad ejus libram quamque unciæ duæ Sennæ, & uncia inſit Agarici, quod optamus. Infuſionis verò minùs oneratæ libras octo requirimus, ut ea par ſit integræ virtutis ſolutivæ ferendo: nam ſi ad pondus minus contraheretur, tantâ ſolventium copiâ fruſtrà gravaretur, à quibus univerſam tincturam elicere nullo modo poſſet. Hoc autem quo præſcripſimus modo tota virtus transferetur in liquorem. Et cùm Agaricus ac Senna ob ſiccitatem ac levitatem plurimùm abſorbeant liquoris, infuſione rite peractâ non adeo ſupererit illius nimiũ, quin cum Saccharo præſcripto in Syrupum reduci poſſit: reſidua quippe humiditas licet adhuc copioſa, latiori ollæ indita, ut facilius diſſipetur, diutino lentoque balnei vel hypocauſti calore ſenſim exhalabit, nullâ ſolutivæ virtutis jacturâ, quæ extracti adinſtar condenſata Sacchoroque copulata remanebit.



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 112 sur 259

©BIU Santé



## SYRVPVS DE POMIS SOLVTIVVS.

℞. Succi per ſe defæcati Pomorum Curtipendulorum, *vel eorum defectu*, noſtratium, (*vulgò* Pommes porte) *Libras tres.*
Succi Buglosſi utriuſvis, igne purgati, *Libras quatuor.*
Foliorum Sennæ mundatorum *Vncias octo.*
Seminum Aniſi *Drachmas ſex.*
Croci *Drachmas duas.*

*Infundantur ſimul per horas viginti quatuor: colaturæ adde*
Sacchari panicii *Libras quatuor.*
*Evaporent igne moderato in Syrupi conſiſtentiam.*

Initâ ratione, facilè quis advertet ſingulis hujuſce Syrupi completi unciis, drachmæ unius Sennæ vim ſolutivam contineri.

## LOHOCH *ſive* ECLEGMATA *aut* LINCTVS.

### LOHOCH SANVM & EXPERTVM MESVÆI.

℞. Paſſularum purgatarum,
Caricarum pinguium,

Dactylo-

©BIU Santé



Dactylorum, *ana Vncias duas.*
Zizipha,
Myzaria, *ana Numero triginta.*
Radicum Iridis Florentiæ,
Glycyrrizæ,
Foliorum Hyſſopi,
Calaminthæ,
Polytrichi,
Seminum Aniſi,
Fœniculi,
Lini,
Cinnamomi, *ana Semunciam.*

*Decoquantur omnia in Aquæ circiter libris quinque, dum libræ duæ ſuperſint: expreſſo iuri adde*

Penidiorum *Libras duas.*

*Et rurſum coquantur in Mellis conſiſtentiam, tumq; adjice minutè contuſas*

Pinearum purgatarum *Drachmas quinque.*
Amygdalarum dulc. mundat. *Drachmas tres.*

*Quibus rite commixtis inſperge ſubtiliſſimè pulverata ſequentia:*

Radicum Glycyrrizæ raſæ,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 114 sur 259

©BIU Santé



Amyli, *ana Drachmas tres.*
Radicum Ireos Florentiæ *Drachmas duas.*

*Agitentur omnia ſimul, & celerrimè, dum albeſcant, & Linctus formam nanciſcantur.*

## DIACODIVM FERNELII.

℞. Capita Papaveris albi, tum magnitudine, tum maturitate mediocria, *Numero duodecim.*
Aquæ calentis *Libras duas.*

*Coquantur ad tertias: colato adde*

Sapæ optimæ *Vncias quatuor.*
Mellis optimi *Vncias duas.*

*Perfectè ſimul coquantur, addendo ſub finem ſequentia pulverata.*

Roſarum rubrarum,
Balauſtiorum,
Acaciæ vulgaris,
Rhoïs culinarii, *ana Drachmas duas.*
Seminum Portulacæ,
Corallii albi,
rubri, *ana Drachmam unam.*

*Miſceantur omnia exactè in Eclegmatis formam.*

©BIU Santé



# PARS QVARTA.

## De Rob, Conditis, Conſervis & Tragematis.

### R O B.

*Fiunt hæc eodem modo.*

ROB AGRESTÆ, *ſeu* OMPHACII.
BERBERORVM.
CERASORVM ACIDORVM.
RIBESIORVM.

℞. Succi cujuſvis recenter expreſſi *Libras duas.*
Sacchari panicii *Libram unam.*

*Coquantur igne lento, donec concreſcant in Sapæ, vel potiùs Gelatinæ conſiſtentiam.*

### CONDITA.

Radices Cichorei.
Enulæ campanæ.
Satyrii vulgaris.
Scorzoneræ.
Symphiti majoris.

©BIU Santé



Zinziberis.

Cortices Aurantiorum.

Citriorum, *vel* Limonum.

Melonum.

Caules Lactucæ.

Fructus Berberis.

Ceraſa acida.

Corni.

Myrobolani emblicæ.

Nuces juglandes.

Moſchatæ.

Prunellorum ſylveſtrium.

Pyra.

Ribeſii.

Vvæ.

Caro Cidoniorum.

*Omnia hæc Sacharo clarificato S. A. condiri debent à Pharmacopæo, niſi aliunde coëmat ritè præparata. Circa quæ hoc ſaltem obſervandum, unicum bulbum aut radicem Satyrii vulgaris eamque obeſiorem eſſe condiendam, alterâ rejectâ tamquam inutili.*

*Sequentia vero, ut*

Folia Crithmi.

Dracunculi hortenſis.

©BIU Santé



Kali geniculati.
Sedi minoris.
Fructus Cucumeris.
Olivæ.
Gemmæ Capparum.
Geniſtæ.

*Non ſaccharo, ſed muriâ ſolùm vel aceto & ſale S. A. Condita aſſervantur.*

## PASSVLÆ PVRGANTES.

℞. Foliorũ Sénæ à ſtipitibus mundatorũ *Vncias tres.*
Seminum Aniſi *Drachmas duas.*
Cinnamomi *Drachmam unam.*
Garyophillorum *Drachmam mediam.*
Vini albi *Libras duas.*

*Infundantur per noctem in loco calenti, & colaturæ manè factæ ac tepenti injice*
Paſſularum è corynthio mundatarum, cum exigua priùs Vini quantitate ad ſiccitatem ferè, ut intumeant, præbullitarum *Vncias octo.*

*Tum coquantur ſimul igne moderato, ſuper injectâ*
Sacchari panicii *Librâ unâ.*

*Et percoquantur ut artis eſt in debitam conſiſtentiam.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 118 sur 259

©BIU Santé



## CONSERVÆ.

Herbarum Abſyntii minoris.
Hyſſopi.
Meliſſæ.
Menthæ.
Scordii.
Trifolii Acetoſi.
Florum Betonicæ.
Borraginis.
Calendulæ.
Caryophillorum fragrantium.
Cichorii.
Euphraſiæ.
Lilii convallium.
Malvæ.
Nymphææ.
Pœoniæ.
Primulæ Veris.
Roſmarini.
Roſarum pallidarum.
rubrarum.
Salviæ.
Tuſſilaginis.

Viola.

©BIU Santé



Violarum.

*Eâ lege parentur hæ Conſervæ, ut quibuſque ſiccio-rum herbarum florumve libris, Sacchari libræ tres ad-dantur; humidiorum verò libris ſingulis, duæ ſolummo-do Sacchari libræ adjiciantur.*

## TRAGEMATA *ſeu* SACCHARA.

Semina Aniſi.
Carii.
Coriandri.
Cumini.
Fœniculi dulcis.
Santolinę, *ſeu* Contra vermes
Fructus, *ut* Amygdalæ.
Pinei.
Piſtacia.
Poma.
Pyra.
Cortices Arantiorum.
Cinnamomum.
Citriorum, *vel* Limonum.

*Hæc ſatis obvia ac vulgaria ſunt, quæ ubivis paſſim Sacchraro incruſtata habentur.*

PENI-

©BIU Santé



## PENIDIA HORDEATA, *ſeu* SACCHARVM PENIDIATVM.

℞. Sacchari albi,
Aquæ Hordei, *ana Libras tres.*

*Bulliant ad ignem, & ovi albumine clarificata per manicam colentur, tum coquantur denuò, donec Saccharum digitis attrectatum emplaſtri conſiſtentiam habeat, quod injectis in aquam guttulis facilè conjicies. Tum ſtatim effundatur ſuper marmor oleo Amygdalino dulci illitum, & tractabile redditum, manibus pariter inunctis, ne adhæreſcat, diligenter verſetur agiteturque, ſæpiuſque plicatum pugnis piſtetur: dum verò tepeſcit, in funem elongatum unco poſti infixo circumvolve, iterumque retractum volve & revolve, dum reddatur albiſſimum, quod frigeſcens & in formam obliquam contortum recondatur.*

Penidia hæc hordeata abſque alio additamento ritè parari debent à Pharmacopœis, quibus ſaltem licitum ſit inter tractandum trahendumque Saccharum unco pendulum, volas manuum amylo farinâve triticeâ leviter perfricare, ne digitis adhęrens maſſa operantem retardet. Quippe à Saccharopœis ſeu Confectionariis, ut vocant, Penidia numquam emenda cenſemus, quòd illa abſque aqua Hordei parent, butyro, eoque ſæpius rancido & ſalſo, variiſque aliis modis lucri causâ

©BIU Santé



cauſâ adulterent & pervertant; unde fauces potius exaſperare, & ſaporem ingratum creare ſępius animadvertimus.

## DIACODIVM TABVLATVM.

℞. Capitum Papaveris albi mediocriter maturorum, & recent. *Vncias tres*, vel ſiccor. *Seſcunciam.*

Aquæ fontis *Libram unam.*

*Macerentur per horas viginti quatuor, tum coquantur dum marceſcant: expreſſo adde*

Sacchari panicii *Libram unam.*

*Percoquantur in ſolidam conſiſtentiam, tum ſuper marmor effunde, ut in rotulas concreſcant.*

## MANVS CHRISTI SIMPLEX, *ſeu* SACCHARVM ROSATVM.

℞. Sacchari albiſſimi *Libram unam.*

Aquæ Roſarum ſtillatitiæ *Vncias quatuor.*

*Coquantur in conſiſtentiam tabellarum.*

PERLATA *fiet, ſi ſub finem coctionis immiſceatur*

Margaritarum præparatarum, & tenuiſſimè tritarum, *Semuncia.*

*E quibus ſuper marmor effuſis formentur tabellæ.*

P MOR-

©BIU Santé



## MORSELLI ROSEI,
*ſeu*
## CONSERVA ROSARVM SOLIDA.

℞. Sacchari panicii albiſſimi *Libram unam.*
Aquæ Roſarum *Vncias quatuor.*

*Coquantur in electuarium ſolidum, iiſque ab igne ſepoſitis immiſce diligenter*

Roſarum ſiccarum ab unguibus purgatarum, pulveratarum, & ſucco Limonum irroratarum, *Vnciam unam.*

*Dumque pene refrixerint, ſpatulâ largiore per morſellos nitidæ chartæ diviſim impone, quos probè exſiccatos idoneo vaſe, eoque ritè tecto reconde in uſus.*

PARS

©BIU Santé



# PARS QVINTA.

## De Electuariis ſolutivis.

### CATHOLICON.

℞. Radicum Polypodii querni recentium *Vncias quatuor.*
Seminum Fœniculi *Vnciam unam.*
Aquæ fontis *Libras quatuor.*
*Bulliant ad medias : colato adde*
Sacchari nitidi *Libras duas.*
*Et coquantur in Syrupum, quo diſſolve*
Pulparum Caſſiæ,
Tamarindorum, in fumo prædicti decocti extractarum, & probè evaporatarum, *ana Vncias duas.*
*Diſſolutis adde contuſa & pulverata quæ decet ſequentia.*
Foliorum Sennæ mundatorum *Vncias duas.*
Rhabarbari optimi,
Medullæ ſeminum Carthami, *ana Vnciam unã.*
Florum Violarum recenter ſiccatarum, *vel ſi deſint,* ſeminum eorumdem *Semunciam.*

©BIU Santé



Radicum Glycyrrizæ,
Seminum quatuor frigid. major. mundatorum,
Aniſi, *ana Drachmas duas.*
Cinnamomi *Drachmam unam.*

*Fiat ut artis eſt Electuarium.*

Inſerimus ſeminum Chartami medullam, ut verè univerſale ſeu catholicum fiat medicamentum, quod Majoribus noſtris acceptum referimus. Cinnamomum verò quod addimus, partibus robur conciliat, accedente quoque nonnullâ ſaporis gratiâ.

## DIAPRVNVM LENITIVVM.

℞. Pruna Damaſcena matura & electa *Q. S. ad libram unam pulpæ extrahendum.*

*Coquantur in aqua fontis ut artis eſt, cocta & emollita cribro raro tranſmittantur; tum reſervatâ pulpâ, percolato eorum juri leviter incoque*

Florum Violarum recentium *Seſcunciam.*

*In colatura diſſolve*

Sacchari nitidi *Libras duas.*

*Coquantur in Syrupum, cui tepenti poſtmodum adde*

Pulpæ Prunorum prædictæ, & ut decet exſiccatæ, *Libram unam.*
Pulparum Caſſiæ,
Tamarindorum, in fumo prædicti decocti

©BIU Santé



coƈti extraƈtarum, & probé evaporatarum, *ana Vnciam unam.*

*Miſce ſimul continuè rudiculâ movendo, & in debitam conſiſtentiam redaƈtis ſequentes pulveres immiſce.*

Rhabarbari eleƈti *Vnciam unam.*
Cinnamomi *Semunciam.*
Santali albi,
rubri,
Roſarum rubrarum mundatarum,
Violarum recenter ſiccatarum, *vel* ſeminum earumdem,
Fruƈtuum Berberis exſiccatorum,
Succi Liquiritiæ condenſati,
Seminum Scariolæ,
Portulacæ, *ana Drachmas duas.*
Quatuor frigid. major. mundatorum,
Gummi Tragacanthæ, *ana Drachmam unam.*

*Fiat Eleƈtuarium.*

## DIAPRVNVM SOLVTIVVM N. SALERNITANI.

℞. Diapruni lenitivi adhuc calentis *Libram unam.*
Scammonii præparati *Drachmas ſeptem.*

*Miſce, & repone uſui.*

©BIU Santé



## CARYOCOSTINVM.

℞. Caryophillorum,
Rad. Coſti candidi, (*vel ſi deſit*) Helenii,
Zinziberis,
Seminum Cumini, *ana Drachmam unam.*
Hermodactylorum,
Scammonii præparati, *ana Drachmas duas.*
*Fiat omnium pulvis, & cum*
Mellis ex vino albo deſpumati *Vnciis tribus*
*Miſce in Electuarium.*

## ELECTVARIVM INDVM MINVS MESVÆI.

℞. Turbith electi,
Sacchari panicii, *ana Drachmas centum.*
Scammonii præparati *Drachmas duodecim.*
Macis,
Piperis,
Zinziberis,
Caryophillorum,
Cinnamomi,
Granorum Paradiſi,

Nucis

©BIU Santé



Nucis Moſchatę, *ana Drachmas ſeptem.*

*Fiat omnium pulvis, & cum*

Mellis optimi deſpumati *Libris quatuor*

*Miſce in Electuarium, ita ut priùs Saccharum injiciatur Melli conſiſtentiam adhuc liquidiorem habenti; poſtmodum debitè cocto addantur pulveres.*

## ELECTVARIVM E SVCCO ROSARVM RENODÆI.

℞. Succi Roſarum rubrarum depurati *Librã unam.*

Sacchari panicii *Seſquilibram.*

*Percoque in Electuarium ſolidum, & poſt debitam quietem adjice pulverata ſequentia:*

Scammonii præparati *Drachmas undecim.*

Sandali albi,

rubri,

citrini, *ana Semunciam.*

Maſtiches *Drachmas duas & Scrupulos duos.*

Corticum Citri ſicci *Drachmam unam.*

Camphoræ *Scrupulum unum.*

*Fiat Electuarium per tabellas.*

DIA-

©BIU Santé



## DIACARTHAMVM ARNOLDI DE VILLANOVA.

℞. Medullæ ſeminum Carthami,
Specierum Diatragacanthi frigidi,
Hermodactilorum, *ana Vnciam unam.*
Turbith electi *Seſcunciam.*
Scammonii præparati *Drachmas ſex.*
Zinziberis,
Mannæ electæ, *ana Vnciam mediam.*
Sacchari chryſtallini albi,
Pulpæ Citoniorum exſiccatæ,
Mellis Roſacei, *ana Vncias duas.*
Sacchari albiſſimi aquâ ſoluti, & ad conſiſtentiam tabellarum cocti, *Seſquilibram.*
*Fiat S. A. Electuarium ſolidum.*

## DIAPHOENICON.

℞. Pulpæ Dactylorum maturorum, in Aceto maceratorum, & cribro trajectorum, probè evaporatæ, *Libram unam.*
Penidiorum hordeatorum recentium,
Turbith optimi, *ana Vncias quatuor.*

Amygda-

©BIU Santé



Amygdalarum dulcium excorticat. *Vncias duas.*
Scammonii præparati *Seſcunciam.*
Ligni Aloës, *vel ſi deſit*, Santali citrini,
Radicum Galangæ,
Zinziberis,
Foliorum Rutæ ſiccatorum,
Piperis longi,
Cinnamomi,
Macis,
Seminum Aniſi,
Fœniculi,
Dauci, *ana Drachmas duas.*
Mellis optimi ex aqua Hordei deſpumati, deinde cum ſuperſtite Dactylorum infuſo recocti, *Vncias viginti.*

*Penidia adjiciantur Melli adhuc liquidiori, cui debitè cocto viciſſim Pulpas, pulveres & Amygdalas immiſce, Fiatque S. A. Electuarium.*

Dactylos in aceto maceramus, ut viſcoſos humores incidendo ſequaces reddat, nec metus eſt à qualitate membranis & colicæ inimicâ, cùm ſufficienter à melle contemperetur acetum, prorſuſque abſtrahatur Pulpâ ritè evaporatâ. Vice verſâ Dactyli Hydromelite infuſi, quantumvis per ſetaceum creti, retinent ſemper plurimùm mellis, nec eorum pondus ſincerum habetur. Amygdalarum quoque majori copiâ vix opus eſſe viſum eſt, ne obſtruendo venas, aut incraſſando præpedirent humorum effluxum.



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 130 sur 259

©BIU Santé



## BENEDICTA LAXATIVA.

℞. Radicum Turbith gummoſarum,
Sacchari panicii, *ana Drachmas decem.*
Corticis radicum Eſulæ pręparat.
Scammonii præparati,
Hermodactylorum,
Roſarum rubrarum, *ana Drachmas quinque.*
Radicum Zinziberis,
Galangæ minoris,
Glycyrrizæ,
Caryophillorum,
Macis,
Salis gemmei,
Croci,
Seminum Apii,
Fœniculi,
Cariii,
Aſparagi,
Saxifragiæ,
Ruſci,
Quatuor frigid. major. mundat.
Milii Solis, *ana Drachmam unam.*

*Fiat*

©BIU Santé



*Fiat omnium pulvis, & cum*
Mellis optimi deſpumati, & ad conſiſtentiam debitam cocti *Seſquilibra,*
*Miſce in Electuarium liquidum.*

Nolumus rejicere Saccharum, licet paucum; quòd teſtimonio Antiquorum vexatæ veſicæ, renibuſque auxilietur, quibus dicatur hoc Electuarium.

## CONFECTIO HAMECH.

℞. Mirobolanorum citrinarum enucleatarum *Vncias quatuor.*
Chebularum enucleatarum,
Indarum,
Radicum Polipodii querni recentium,
Colocynthidis optimæ, *ana Vncias tres.*
Foliorum Sennæ mundatorum,
Agarici albiſſimi,
Rhabarbari electi,
Florum Violarum recentium.
Epithymi, *ana Vncias duas.*
Abſynthii vulgaris,
Thymi, *ana Vnciam unam.*
Seminum Fœniculi,
Aniſi,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 132 sur 259

©BIU Santé



Roſarum rubarum, *ana Semunciam.*
Seri lactis probè expurgati & recocti *Libras xij.*
Succi Fumariæ depurati *Libras duas.*

*Infundantur ſeorſim Rhabarbarum & Agaricus inciſa, Colocynthis verò contuſa in Seri lactis libris quinque, ſuper cineres calidos per viginti quatuor horas; intereà verò Polypodium diligenter contuſum Seri libris tribus incoquatur, dum libræ duæ ſuperſint, tum fiat colatura, cui addito Sero reliquo, & tepefacto ſimul cum Fumariæ ſucco, injice Myrobolanos, Sennam, Abſynthium, Semina Aniſi, Fœniculi, & infunde per aliquot horas, dumque moderatè bullierint, adjice Roſas, Thymum, Epithymum, Violas, quæ ſimul omnia ferveſiant, & infundantur per duodecim horas; tum rurſum calefacta leviter exprimendo colentur: colato adde*

Sacchari albi,
Mellis expumati *ana Libras duas.*

*Et coquantur moderato balnei calore in Syrupum, addendo ſub finem Rhei, Colocynthidis & Agarici infuſum, & ejus portiunculâ liquatas*

Mannæ electæ *Vncias tres.*

*Quibus percoctis, & adhuc tepentibus diſſolve*

Pulpæ Prunorum probè evaporatæ *Vncias octo.*

Pulpa-

©BIU Santé



Pulparum Caſſiç,
Vvarum paſſarum,
Tamarindorum, itidem evaporatarũ,
*ana Vncias quatuor.*

*Iiſque in debitam conſiſtentiam redactis vicißim inſperge ſequentes pulveres.*

Foliorum Sennæ mundatorum *Vncias tres.*
Agarici optimi,
Rhabarbari electi,
Scammonii præparati, *ana Seſcunciam.*
Cinnamomi *Semunciam.*
Zinziberis *Drachmas tręs.*
Seminum Fumariæ,
Aniſi,
Spicæ Nardi Indicæ, *ana Drachmas duas.*
*Miſce, & fiat Electuarium.*

In ordinem meliorem Electuarium hocce redigimus, quòd admodum confusè à Meſuęo deſcribatur. Porro requirimus Serum copioſum, quòd minor ejus copia non ſuffeciſſet ſimplicium viribus imbibendis; & cum iteratis ebullitionibus atque infuſionibus plurimùm liquoris deperdatur, omnibus abſolutis debità copià ſupererit, (ſi nempe libris medicis ponderetur) ut cum Melle & Saccharo in Syrupum lento calore cogatur. Cætera plæraque ad Fernelii mentem, niſi quòd Mannam & Caſſiam Pulpis addamus, quę & antiquà deſcriptione habebantur. Geminamus quoque Rheum, Sennam & Agaricum in infuſo primùm, tum in pulvere, ut efficaciùs agant in aduſtis, ſalſiſque humoribus expurgandis, Magma verò Polypodii decocti rejicimus,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 134 sur 259

©BIU Santé



cimus, quòd ventrem lędat, & flatus excitet, melancholicis ſummè adverſantes. Vti & Fumariæ ſuccum duplicamus, ut ſuppetat liquor ſimplicibus infundendis, quo & accreſcit Electuarii virtus.

## Hiera Picra Galeni.

℞. Cinnamomi,
Ligni Aloës, *vel ſi deſit*, Santali citrini,
Radicum Aſari,
Spicæ Nardi,
Maſtiches,
Croci, *ana Drachmas ſex.*
Aloës non lotæ *Drachmas centum.*
Mellis deſpumati *Libras quatuor & Vncias tres.*
*Miſce in Electuarium.*

## Hiera Diacolocynthidos.

℞. Pulpæ Colocynthidis *Drachmas viginti.*
Agarici electi,
Stæchados,
Chamædrios, *ana Drachmas decem.*
Sagapeni,
Opoponacis, *ana Vnciam unam.*
Radicum Ariſtolochiæ rotundæ,
Seminum Petroſelini, *ana Drachmas quinque.*
Cinna-

©BIU Santé



Cinnamomi,
Croci,
Spicæ Nardi,
Myrrhæ,
Polii, *ana Vnciam mediam.*
Mellis deſpumati *Libras tres.*

*Myrrham vino infunde, cætera tere, & confice in Electuarium.*

PARS

©BIU Santé



# PARS SEXTA.

## De Pilulis & Extractis.

### PILVLÆ.

#### PILVLÆ RVFFI, *vulgò* PESTILENTIALES *ſeu* COMMVNES.

℞. Aloës lucidæ *Vncias duas.*
Myrrhæ *Vnciam unam.*
Croci *Vnciam mediam.*
*Cum Vino Hippocratico fiat maſſa.*

#### PILVLÆ STOMACICÆ, *vulgò* ante Cibum MESVÆI.

℞. Aloës optimæ *Drachmas ſex.*
Maſtiches,
Roſarum rubrarum, *ana Drachmas duas.*
*Cum Syrupo de Abſynthio F. maſſa.*

#### PILVLÆ DE HIERA SIMPLICI.

℞. Specierum Hieræ ſimplicis Galeni *Vnciam unã.*
*Cum Melle Roſato F. maſſa.*

PILV-

©BIU Santé



## PILVLÆ DE HIERA CVM AGARICO.

℞. Specierum Hieræ ſimplicis Galeni,
Agarici Trochiſcati, *ana Semunciam.*
Aloës optimæ *Vnciam unam.*
*Cum Melle Roſato fiat maſſa.*

## PILVLÆ DE AGARICO AVICENNÆ.

℞. Agarici recenter trochiſcati *Drachmas tres.*
Trochiſcorum Alhandal,
Sarcocollæ, *ana Drachmas duas.*
Turbith electi *Drachmas quinque.*
Radicum Ireos Florentiæ,
Foliorum Praſſii albi ſiccatorum,
Myrrhæ, *ana Drachmam unam.*
Specierum Hieræ ſimp. Galeni *Semunciam.*
*Cum Melle Roſato fiat maſſa.*

R PILV-

©BIU Santé



## PILVLÆ AVREÆ NIC. MYREPSI.

℞. Aloës optimæ,
Scammonii præparati, *ana Drachmas quinque.*
Roſarum rubrarum,
Seminum Apii, *ana Drachmas duas & mediam.*
Fœniculi,
Aniſi, *ana Seſquidrachmam.*
Trochiſcorum Alhandal,
Maſtiches,
Croci, *ana Drachmam unam.*
*Cum Syrupo de Cichorio fiat maſſa.*

## PILVLÆ COCCHIAE RHASIS.

℞. Aloës optimæ *Drachmas ſex & Scrupulos duos.*
Turbith gummoſi,
Stæchados, *ana Drachmas quinque.*
Trochiſcor. Alhandal *Drachmas tres & mediã.*
Scammonii præparati *Drachmas duas & mediã.*
Maſtiches,
Xylobalſami, *vel ſi deſit,* ſurculorum Lentiſci,
Radicum Aſari,

Spicæ

©BIU Santé



Spicæ Nardi Indicæ,
Caſſiæ ligneæ,
Carpobalſami, *vel ſi deſit*, Cubebarum,
Roſarum rubrarum,
Cinnamomi, *ana Grana triginta.*
*Cum Syrupo de ſucco Bethonicæ fiat maſſa.*

Non Hiera Galeni, ſed Rhaſis ad haſce Pilulas requiritur, cujus deſcriptionem & pondus exactum reliquis addimus, ne aliunde ſit emendicanda.

## PILVLÆ SINE QVIBVS, EX AMSTELR.

℞. Aloës optimæ *Drachmas quatuordecim.*
Scammonii præparati *Drachmas ſex.*
Rhabarbari electi,
Agarici trochiſcati,
Senæ mundatæ, *ana Semunciam.*
Cuſcutæ,
Abſynthii vulgaris exſiccati,
Roſarum rubrarum,
Violarum ſiccatarum, *vel* ſeminum earumdem,
Maſtiches,
Salis gemmę, *ana Drachmam unam.*
*Cum Melle ſucco Fœniculi expumato fiat maſſa.*

©BIU Santé



## Pilvlæ aggregativæ, *ſeu* Polychrestae Mesvæi.

℞. Aloës optimæ,
Turbith gummoſi,
Scammonii præparati, *ana Drachmas ſex.*
Rhabarbari electi,
Myrobolanor. Flavar. enucleat. *ana Semunciam.*
Chebularum,
Indarum,
Pulpæ Colocynthidis,
Agarici,
Rad. Polypodii,
Succi Agerati, *vel ſi deſit*, Agrimoniæ,
Abſynthii, inſpiſſator. *ana Drachmas duas.*
Epithymi,
Roſarum rubrarum,
Seminum Aniſi,
Zinziberis,
Maſtiches, *ana Drachmam unam.*
*Cum Syrupo Roſarum ſolutivo fiat maſſa.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 141 sur 259

©BIU Santé



## PILVLAE INDAE HALY.

℞. Epithymi.
Thymi,
Stœchados, *ana Drachmas ſex.*
Myrobolanorum Indarum,
Radicum Hellebori nigri pręparatarum,
Polypodii, *ana Drachmas quinque.*
Trochiſcorum Alhandal,
Agarici,
Lapidis Lazuli loti,
Salis Indi, *vel ſi deſit,* Salis gēmæ, *ana Semunciă.*
Succi Agrimoniæ condenſati,
Spicæ Nardi Indicæ, *ana Drachmas duas.*
Caryophillorum *Drachmam unam.*
Hieræ Picræ Galeni *Seſcunciam.*
*Cum Melle ſucco Fumariæ deſpumato fiat maſſa.*

## PILVLAE DE HERMODACTILIS MAIORES D. MESVAEI.

℞. Hermodactilorum,
Myrobolanorum citrinarum,
Aloës optimæ,

©BIU Santé



Turbith gummoſi,
Pulpæ Colocynthidis,
Bdellii,
Sagapeni, *ana Drachmas ſex.*
Euphorbii præparati,
Caſtorei,
Sarcocollæ,
Opoponacis,
Seminum Rutæ,
Apii, *ana Drachmas tres.*
Croci *Seſquidrachmam.*
*Cum Melle ſucco Caulium expumato fiat maßa.*

## PILVLAE DE CYNOGLOSSO.

℞. Radicum Cynogloſſi ſiccatarum,
Opii,
Seminum Hyoſciami albi, *ana Semunciam.*
Myrrhæ *Drachmas ſex.*
Thuris maſculi *Drachmas quinque.*
Croci Britannici,
Stiracis Calamitæ, *ana Drachmas duas.*
Caryophillorum,
Caſtorei, *ana Drachmam unam.*
*Cum Melle roſato formetur maßa.*

R 3 PILV-

©BIU Santé



## PILVLAE ALOEPHANGINAE.

℞. Radicum Acori,
Aſari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Ligni Aloës,
Lentiſci,
Baccarum Iuniperi,
Cubebarum,
Cardamomi minoris,
Caryophillorum,
Cinnamomi,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Schænanthi, *ana Semunciam.*
Abſynthii vulgaris ſicci,
Roſarum rubrarum, *ana Drachmas duas.*

*Ex hiſce extrahatur tinctura per ſpiritum Vini in vaſe ritè clauſo, , in cujus circiter libra una diſſolve*
Aloës lucidæ puriſſimæ *Selibram.*
*Et ſupra cineres calidos leniter exſicca, addendo poſteà tincturæ reliquum; cùm verò humiditas ferè omnis exhalarit, adde*
Myrrhæ,

Maſti-

©BIU Santé



Maſtiches, pulver. *ana Drachmas duas & mediã.*
Croci *Seſquidrachmam.*

*Miſce omnia exactè, & reduc in conſiſtentiam Pilularum.*

Tincturam potiùs extrahimus, quia coctura longiore vis Aromatum evaneſcit. Loco Maſtichis Lentiſcum, à qua defluit, & Carpobalſami vice, baccas Iuniperi ſubſtituimus in infuſo. Reliqua pulverata cum Maſtiche ſub finem addimus, quòd præſtet ignem non experiri.

## EXTRACTA.

### EXTRACTVM ABSYNTHII, *ſeu* SVCCVS ABSYNTHII CONDENSATVS.

℞. Succi Abſynthii vulgaris è tenellâ plantâ expreſſi *Quant. Vol.*

*Depuretur S. A. tum lento igne evaporet in diplomate aut arena, donec inſpiſſetur.*

*Eodem modo condenſantur*

SVCCI AGRIMONIÆ.
FVMARIÆ.

EXTRA-

©BIU Santé



## EXTRACTVM PRVNELLORVM, *ſeu* ACACIA VVLGARIS.

℞. Succi Prunellorum ſylveſtrium *Q. V.*

*Depuretur ut artis eſt, & lento balnei calore in debitam conſiſtentiam reducatur.*

## EXTRACTVM IRIDIS NOSTRATIS, ex LVD. GARDINIO.

℞. Radicum Iridis noſtratis recentium *Q. V.*

*Concide minutim, contunde, ac per prælum ſuccum exprime, quem tantiſper reſerva. Interea magma reliquum maceretur ſpatio trium aut quatuor dierum in ſpiritu Vini acidulo reddito oleo Vitrioli: factæ expreſſioni adde ſuccum priùs reſervatum, & probè commove, ut fæcula quæ ubſedit, ſimul rem ſceatur. Tum omnia lento igni expone, & humiditate ſenſim abſtractâ in conſiſtentiam debitam evapora.*

## FÆCVLA, *ſeu* EXTRACTVM BRYONIÆ.

℞. Radicum Bryoniæ recentium *Q. V.*

*Concidantur minutim, contuſe indantur ſacculo*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 146 sur 259

©BIU Santé



*tum ſub prælo ſuccus fortiter exprimatur, quem poſteà inditum vitro conſervis aſſervandis deſtinato, loco frigido repone; intra paucos dies ſubſidebit fæx albiſſima Amyli adinſtar, quam ſeparatâ per inclinationem aquâ turbidâ ſupernatante, exiguis pluribus vaſis vitreatis inde, & optimè in umbra deſiccatam uſui repone.*

## ELATERIVM ex AMST.

℞. Cucumerum agreſtium intra octiduum collectorum *Q. V.*

*Præſcindantur cautè cultelli apice in medio petioli, ut matura ſemina ſine ulla fructuum compreſſione in capacem amphoram proſiliant. E fructibus verò ſuper cribro inciſis ſemen reliquum, & mucago prolectanda ſunt, & in mortario marmoreo ligneo piſtillo, affuſo ſenſim liquoris tenuis è fructibus conciſis exſtillantis, & aquæ pluviæ tantillo, tundenda; atque ita manibus omnia calidis tractanda, donec liquor pinguis oleoſus è medulla ſeminis in pulpamentum per cribrum ſetaceum tenuiſſimum, & novum tranſeat; quod per evaporationem ſuper arenas redigendum in conſiſtentiam maſſæ Pilularum.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 147 sur 259

©BIU Santé



## EXTRACTVM BENEDICTÆ LAXATIVÆ. PILVLARVM COCCHIARVM.

*Fiunt hæc eodem modo.*

℞. Specierum utriuſvis craſſo modo contuſarum *Vncias tres.*
Spiritus Vini aciduli redditi oleo Vitrioli *Seſquilibram.*

*Infundantur loco tepido per dies ſex vel octo; quibus elapſis tinctum liquorem exprime, & tantiſper reſerva. Interim reſiduum magma rurſum infundatur in novo ſpiritu Vini per dies tres aut quatuor: expreſſum cum præcedenti commiſce, & in vaſe duplici, igne lento in debitam conſiſtentiam evapora.*

## EXTRACTVM CATHOLICVM, ex LVD. GARDINIO.

℞. Foliorum Senæ mundatæ *Vnciam unam.*
Aloës lucidæ,
Scammonii preparati, *ana Drachmas ſex.*
Pulpæ Colocynthidis,
Radicum Hellebori nigri,
Turbith gummoſarum,

©BIU Santé



Rhabarbari electi,
Agarici optimi, *ana Semunciam.*
Seminum Aniſi,
Zinziberis,
Cinnamomi, *ana Drachmam unam.*
Spicæ Nardi Indicæ,
Caryophillorum, *ana Semidrachmam.*
Croci Britannici *Grana quindecim.*
Succi Citri *vel* Limonum *Vncias quatuor.*
Spiritus Vini *Libras tres.*

*Omnia ritè præparata ſimul infundantur per octiduum in vaſe probè clauſo, expreſſum deinde liquorem reſerva, & reſiduum magma in novo Vini ſpiritu iterum ut priùs infunde. Tum commiſce tincturas, & balnei calore evapora in Mellis ſpiſſioris formam.*

## LAVDANVM OPIATVM QVERCETANI.

℞. Eſſentiæ Opii ut infra præparatæ *Vnciam unam.*
Eſſentiæ Croci cum ſucco Limonum extractæ, *Semunciam.*

*Hæ duæ eſſentiæ confundantur ſimul in parvo quodam vaſculo argenteo: his adde*
Margaritarum,

Hyacin-

©BIU Santé



Hyacinthorum,
Coralli rubri, *ana Scrupulos duos & Grana ſex.*
Terræ ſigillatæ veræ, *Semidrachmam.*
Lapidis Bezoar Orientalis,
Vnicornu, *vel ſi deſit*, Cornu Cervi tenerioris,
Ambræ griſeæ, *ana Scrupulum unum.*

*Miſce, & agita continuò omnia ad ignem lentum in formam maſſæ Pilularum.*

## ESSENTIA OPII AD LAVDANVM QVERCETANI.

℞. Opii ut decet pulverati *Vncias duas.*

*Affunde ſuccum Citri vel Limonum, ut tres quatuorve digitos ſupereminent, & digere omnia B. M. mediocriter calido, donec liquor clarus rubicunduſque appareat inſtar granati, quo ſeparato per inclinationem, novum rurſus affunde liquorem, & ſepara; quod eo uſque iterandum donec liquor affuſus non ampliùs rubro, ſed ad flavedinem vergente colore inficiatur, qui inutilis planè eſt, nec cæteris admiſcendus. E tincturis autem claris & rubicundis moderato balnei calore liquorem ſenſim abſtrahe & evapora: ſpiſſior eſſentia remanebit in fundo vaſis, uſui aſſervanda.*

©BIU Santé



# PARS SEPTIMA.

## De Pulveribus, & Speciebus Aromaticis.

## PVLVERES PVRGANTES.

### PVLVIS DIASENÆ MONTAGNANÆ.

℞. Foliorum Senæ mundatorum *Vncias duas.*
Cremoris Tartari *Semunciam.*
Seminum Fœniculi dulcis *Drachmas duas.*
Macis,
Cinnamomi,
Salis gemmæ, *ana Drachmam unam.*
*Fiat pulvis.*

*Huc pertinent &*

SPECIES HIERÆ SIMPLICIS.
BENEDICTÆ LAXATIVÆ.
CARYOCOSTINI.
ELECTVARII INDI MINORIS.

*Quarum portio ſine Melle ſeorſim in officinis aßer-*
*vanda*

©BIU Santé



*vanda eſt in uſum. Nec repetere hic libuit earum deſcriptiones, quas tractando de Electuariis ſufficienter deduximus.*

## PVLVERES ALTERANTES.

### PVLVIS HALY.

℞. Seminum Papaveris albi *Scrupulos quinque.*
Quatuor frigidor. major. mundator.
Cydoniorum, *ana Scrupulos tres & medium.*
Portulacæ,
Althææ,
Malvę, *ana Scrupulos duos & medium.*
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Amyli,
Eboris uſti,
Glycyrrizæ, *ana Semidrachmam.*
Penidiorum hordeatorum *Drachmas decem.*
*Fiat pulvis.*

*Referenda*

©BIU Santé



*Referenda verò & ſequentia inter pulveres.*

FARINÆ Fabarum.
Fœnugreci.
Hordei.
Lentium.
Lupinorum.
Orobi.
Seminum Lini.
Tritici, *aut* Volatilis.

Et Furfur.

*Quæ omnia in uſus medicos parata teneri debent à Pharmacopœis.*

## PVLVERES CHYMICI.

### CREMOR & CHRYSTALLI TARTARI.

℞. Tartari Rhenani albi, craſſiuſculè contuſi, & aliquoties abluti, *Q. V.*

*Decoque lento igne ex Aqua fontis in olla fictili vitreata per mediam circiter horam, vel donec cuticulæ ſupernatent aquæ, quâ ab igne ſemotâ, & remiſſo non-nihil*

©BIU Santé



*nihil calore Cremorem collige. Tartari reliquum rurſum eâdem aquâ decoque, & concreſcentem Cremorem cum priore ſuper chartam bibulam vel ſetaceum exſicca; ac deinde lævigatum nimbo vitreo aſſerva.*

CHRISTALLI *fient, ſi Tartarum per aliquot horas decoxeris, decoctum verò ovi albumine clarificatum, & per manicam colatum, ollis fictilibus infuderis, injectâ ſi lubet paleâ, & frigori per noctem vel diutius expoſueris. E reliquo etiam adhuc cocto, colato ut priùs, & in cellam poſito, Chryſtalli denuò accreſcent ritè exſiccandi in uſum.*

## TARTARVM VITRIOLATVM.

℞. Liquoris Tartari per deliquium facti & purificati *Quant. Vol.*

*Indatur ampullæ vitreæ amplæ, illique paulatim inſtilla*

Aceti Vitrioli *Partem dimidiam.*

*Mox coagulum albiſſimum petet fundum, quod lento calore exſiccatum, concretumque aſſerva.*

©BIU Santé



## CROCVS MARTIS APERITIVVS,
*ſeu*
## CHALIBS PRÆPARATVS.

℞. Limaturæ Chalibis ritè expurgatæ *Partem unam.*
Sulphuris *Partes duas.*

*Pulverata commiſce, & aquæ pauxillo in maſſam redacta crucibulo impone, tum calcinentur igne vehementi, continuò paſtam ſtilo ferreo candenti agitando, donec Sulphur omne abſumptum ſit. Reſiduus pulvis iterum cum Sulphure admixtus ut priùs calcinetur ad rubedinem: poſteà ſuper marmor in tenuiſſimum pollinem tritus, aut cum aqua in paſtillos compactus recondatur.*

CROCVS MARTIS ASTRINGENS *fiet, ſi limaturam Chalibis puriſſimam duodecies aut ſæpius Aceto Vini albi acerrimo irroraveris, dum ſiccata poſſit ſuper marmor teri in pulverem tenuiſſimum, affuſa ei paucâ Cinnamomi aquâ.*

## CROCVS METALLORVM.
*ſeu*
## HEPAR ANTHIMONII.

℞. Anthimonii crudi optimi,
Salis Petræ, *ana Partes æquales.*

*Seorſim*

©BIU Santé



*Seorſim pulverata, ſimul commiſce, & portionem cochleari in crucibulum candentem projice, ſtatim tegulâ contegendum; cùmque ſtridor ceßarit, iterum iterumque pulveris partem inde, donec totus inſit. Tunc augeatur ignis, & liqueſiant ſimul omnia per duas horas. Exempta demum materia, affusâ ſæpius calenti aquâ, dulcoretur, & exſiccata levigetur in marmore.*

## Flores Svlphvris.

℞. Sulphuris flavi puriſſimi, & contuſi, *Q. V.*

*Indatur vaſi terreo, & poſtquam Cucurbitâ vitreâ probè allutatâ contegeris, ſublimetur in arena juſto gradu ignis.*

## Mercvrivs præcipitatvs.

℞. Argenti Vivi *Partem unam.*
Aquæ fortis *Partes duas.*

*Solvantur ſuper cineres tepentes in phiala vitrea, donec mortificentur; deinde evaporent valido igne ad ſiccitatem.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 156 sur 259

©BIU Santé



## MERCVRIVS DVLCIS, *ſeu* SVBLIMATVM DVLCE.

℞. Sublimati corroſivi *Partes quatuor.*
Mercurii crudi, cum ſale & aceto purgati, & per corium trajecti, *Partes tres.*

*Trita & mixta ſimul exactè indantur matracio, tum per gradus ignis ſublimentur in arena quinque vel ſex horarum ſpatio. Peractâ jam & frigefactâ ſublimatione, exime partem chryſtallinam mediæ vaſis regioni adhærentem, rejectis fæcibus in fundo, & fuligine concretâ in ſummitate vaſis. Si pars chryſtallina dulcis ſit, bene eſt; ſin minùs, iterum iterumque ſublimanda, donec omnem acrimoniam deponat.*

## LAPIS *ſeu* SAL PRVNELLÆ.

℞. Salis nitri puri *Partes octo.*
Florum Sulphuris *Partem unam.*

*Indatur nitrum Crucibulo, & igne mediocri liquefacto injice paulatim flores Sulphuris, qui poſtquam abſumpti fuerint, nitrum inſtar aquæ fluidum effunde in pelvim æneam diligenter commovendam, ut ad latera concreſcat*

©BIU Santé



*concreſcat lapis chryſtallinus; quem ſi puriorem velis, aquâ diſſolutum, filtratum & congelatum, denuò cum floribus Sulphuris pluries ut ante depura.*

SAL ABSYNTHII.
ARTHEMISIÆ.
CARDVI BENEDICTI.
GENISTÆ.

*Fiunt hæc eodem modo.*

℞. Cinerum ſubalborũ herbæ cujuſvis exuſtæ *Q. V.* *Affunde aquam calentem, ut ſalſedo omnis extrahatur, fiatque lixivium, quod filtratum lento igne exſicca in ſalis concretionem, iterumque vel ſæpius ſolutum, filtratum & coagulatum, ſi lubet, candidius para.*

*Conficitur & ſimili ratione*

SAL THERIACALE
NEPHRITICVM.

*Nempe è cineſacto magmate, quod à Theriacalis aquæ & Nephriticæ deſtillatione reſiduum manet.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 158 sur 259

©BIU Santé



## SPECIES AROMATICÆ.

### DIAMBRA MESVÆI.

℞. Radicum Galangæ minoris,
Zedoariæ, *loco* Doronici,
Folii Indi, *vel ſi deſit*, corticũ exterior. Citri ſicc.
Cinnamomi,
Caryophillorum,
Nucis Moſchatæ,
Macis, *ana Drachmas tres.*
Ligni Saſſafras,
Santali citrini,
Piperis longi, *ana Drachmas duas.*
Rad. Zinziberis *Seſquidrachmam.*
Spicæ Nardi Indicæ,
Cardamomi majoris,
minoris,
Ambræ griſeæ, *ana Drachmam unam.*
Moſchi *Semidrachmam.*

*Fiat pulvis ſubtiliſſimus, eâ tamen cautione, ne longiori & valentiori triturâ vis Aromatum reſolvatur.*

Concinnantur verò tabellæ ex hiſce uti & ſequentibus ſpeciebus, addito duodecuplo Sacchari ad ſummum, ni ſaccharata intus recepta, aut ama-

©BIU Santé



aut amaror aliud ſuſſerint, quamquam aliqui, nec adeo ineptè, cum ſextuplo tantùm Sacchari tabellas Diambræ parent efficaciores.

## DIANTHOS NIC. MYREPSI.

℞. Florum Roriſmarini *Vnciam vnam,*
Roſarum rubrarum mundatarum,
Violarum ſiccatarum,
Rad. Glycyrrizæ raſæ, *ana Drachmas ſex.*
Galangæ minoris,
Spicæ Nardi Indicæ,
Zinziberis,
Zedoariæ,
Ligni Saſſafras,
Cinnamomi,
Caryophillorum,
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Seminum Cardamomi minoris,
Aniſi,
Anethi, *ana Scrupulos quatuor.*
*Fiat pulvis ſubtiliſſimus.*

ARO-

©BIU Santé



## Aromaticvm Rosatvm.

℞. Roſarum rubrarũ mundat. *Drachmas quindecim.*
Radic. Glycyrrizæ raſæ *Drachmas ſeptem.*
Cinnamomi *Drachmas quinque.*
Ligni Saſſafras,
Santali citrini, *ana Drachmas tres.*
Gummi Arabici,
Tragacanthi, parum aſſatorum,
Caryophillorum,
Macis, *ana Drachmas duas & mediam.*
Galangæ minoris,
Nucis Moſchatæ,
Cardamomi minoris, *ana Drachmam unam.*
Spicæ Nardi *Scrupulos duos.*
Ambræ griſeæ *Semiſcrupulum.*
*Fiat pulvis.*

Minuimus pondus Spicæ Nardi, quòd ingratas ſpecies reddat; copia major è re nata facilè adjicitur.

## Diarhodon Abbatis.

℞. Roſarum rubrarum mundat. *Drachmas undecim.*
Santali albi,
rubri, *ana Drachmas duas & mediam.*

©BIU Santé



Ligni Aloës, *vel ſi deſit,* Santali citrini,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Eboris uſti, *ana Scrupulos duos.*
Radicum Aſari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Rhabarbari,
Cinnamomi,
Caryophillorum,
Croci Britannici,
Fructuum Berberis exſiccatorum,
Seminum Aniſi,
Cardamomi minoris,
Fœniculi,
Ocymi,
Papaveris albi,
Quatuor frigid. minor. mundatorum,
Scariolæ,
Succi Glycyrrizæ condenſati,
Maſtiches, *ana Scrupulum unum.*
Raſuræ cornu Cervi junioris,
Margaritarum præparat, *ana Semiſcrupulum.*
Caphurę *Grana ſeptem.*
Moſchi *Grana quatuor.*
*Fiat pulvis.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 162 sur 259

©BIU Santé



Loco Seminum frigidorum majorum, quæ facilè ranceſcunt, minora ſubſtituimus hîc & in nonnullis ſequentibus, nullâ prorſus virtutis jacturâ.

## DIATRIONSANTALON.

℞. Santali albi,
rubri,
citrini,
Roſarum rubrarum mundat.
Sacchari canti albi,
Seminum Lactucæ,
Portulacæ,
Scariolæ, *ana Drachmas tres.*
Eboris uſti,
Rhabarbari,
Succi Glycyrrizæ cõdenſati, *ana Drachmas duas.*
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Amyli, *ana Drachmam unam.*
Caphuræ *Semiſcrupulum.*
*Fiat pulvis.*

## DIAMARGARITVM FRIGIDVM.

℞. Margaritarum pręparatarum *Drachmas tres.*
Santalorum omnium,

Raſuræ

©BIU Santé



Raſuræ Eboris,
Cornu Cervi junioris,
Baccarum Myrti,
Florum Bugloſſi,
Nymphex,
Roſarum rubrarum,
Violarum modicè ſiccatarum,
Seminum Citri,
Quatuor frigidorum minorum,
Papaveris albi,
Cinnamomi, *ana Drachmam unam.*
Corallii albi,
rubri,
Radicum Zedoariæ, *ana Semidrachmam.*
Ambræ griſeæ,
Caphuræ, *ana Grana ſex.*
*Fiat pulvis.*

Zinziber tanquam calidum nimis, Moſchum quoque hîc & alibi omittimus, ne mulieribus obſit.

## Diaspermatvm Fernelii.

℞. Succi Glycyrrizæ condenſati *vel* radicum pulveratarum,
Seminum Milii Solis, *ana Drachmas tres.*

©BIU Santé



Aſparagi cum cortice,
Halicacabi,
Ocymi,
Petroſelini Macedonici,
Pimpinellæ minoris,
Quatuor frigid. major. mundat. *ana Drachmas duas.*
Cinnamomi,
Macis, *ana Drachmam unam.*
*Fiat pulvis.*

## Diatragacanthvm frigidvm.

℞. Gummi Tragacanthi *Semunciam.*
Arabici *Drachmas duas & mediam.*
Amyli *Drachmam unam.*
Radicum Glycyrrizæ raſæ,
Seminum quatuor frigid. major. mundatorum,
Papaveris albi, *ana Semidrachmam.*
Penidiorum hordeatorum *Drachmas ſex.*
*Fiat pulvis.*

Has & prçcedentes ſpecies decet exiguâ quantitate aſſervare, quia rancidæ cçteris faciliùs evadunt ob Semina frigida majora, quæ citò corrumpuntur.

Diai-

©BIU Santé



## Diaireos simplex.

℞. Radicum Ireos Florentiæ *Semunciam*.
Specierum Diatragacanthi frigidi,
Sacchari canti albi, *ana Drachmas duas*.
*Fiat pulvis.*

Notandum eſt ſufficere octuplum ad ſpecies aut minus etiam Sacchari in aqua Tuſſilaginis diſſoluti, ut è duobus hiſce ultimis formentur tabellæ.

## Diagalanga Mesvæi.

℞. Radicum Galangæ *Drachmas ſex*.
Ligni Aloës, *vel ſi deſit*, Santali citrini,
Seminum Cymini præparat. *ana Drachmas tres*.
Leviſtici,
Radicum Acori,
Zinziberis,
Piperis albi,
longi,
Caryophillorum,
Cinnamomi,
Macis, *ana Seſquidrachmam*.
Foliorum Calaminthæ,
Menthæ, ſiccatorum,
Spicæ Nardi Indicæ,

©BIU Santé



Seminum Aniſi,
Apii,
Cardamomi minoris,
Carui,
Fœniculi, *ana Drachmam unam.*

*Fiat pulvis.*

Addimus ſemen Cumini, ut & loco ſpecierum Diacimini in uſum veniat.

## LÆTIFICANS.

℞. Summitatum Ocymi caryophillati, *vel* Seminum ejuſdem,
Ligni Aloës, *vel ſi deſit*, Santali citrini,
Radicum Zedoariæ,
Galangæ minoris,
Stiracis Calamithæ,
Corticum exteriorum Citri ſiccatorum,
Croci Britannici,
Caryophillorum,
Nucis Moſchatæ,
Macis, *ana Drachmas duas & mediam.*
Thimi,
Epythimi,
Seminum Aniſi,

Raſuræ

©BIU Santé



Raſuræ Eboris, *ana Drachmam unam.*
Cornu Cervi junioris,
Margaritarum,
Caphuræ,
Ambræ,
Moſchi, *ana Semidrachamm.*
Auri,
Argenti, foliatorum, *ana Scrupulum medium.*
*Fiat pulvis.*

LYTHONTRIBON ex AMST.

℞. Ligni Nephritici veri,
Glycyrrizæ raſæ,
Nucleorum Perſicorum, *ana Vnciam unam.*
Seminum Milii Solis,
Saxifragiæ hircinæ, *ana Semunci-*
Apii,
Carii,
Dauci,
Fœniculi,
Geniſtæ,
Lappæ majoris,
Leviſtici,
Petroſelini Macedonici,

Sileris

©BIU Santé



Sileris montani,
Vrticæ Romanæ,
Radicum Aſari,
Zinziberis, *ana Drachmas duas.*
Spicæ Nardi Indicæ,
Ligni Saſſafras,
Schænanthi,
Succini,
Oculorum Cancri, *ana Seſquidrachmam.*
Lapidis Prunellæ,
Tartari Vitriolati, *ana Drachmas duas & mediã.*
*Fiat pulvis.*

PARS

©BIU Santé



# PARS OCTAVA.

## De Trochiſcis ſeu Paſtillis.

### AGARICVS TROCHISCATVS.

℞. Agarici albi & levis *Seſcunciam.*
*Cum Vino Hiſpanico, cui ſit infuſa*
Zinziberis *Drachma una,*
*Piſtetur in mortario marmoreo, piſtillo ligneo, fiatq; maſſa, & formentur Trochiſci.*

### TROCHISCI ALHANDAL.

℞. Pulpæ Colocynthidis albæ & levis, à ſeminibus purgatæ, forcipibus inciſæ, & cum guttis aliquot Olei Roſacei pulveratæ,
*Vncias duas & mediam.*
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Bdellii, pulveratorum, *ana Seſquidrachmam.*
*Cum pauca mucilagine per Aquam Roſarum extracta ex Gummi Tragacanthi portione formentur Trochiſci parvi in umbra exſiccandi.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 170 sur 259

©BIU Santé



## TROCHISCI DE RHABARBARO MESVÆI.

℞. Rhabarbari optimi *Drachmas decem.*
Succi Agerati, *vel ſi deſit*, Agrimoniæ condenſati,
Amygdalarum amararum, *ana Semunciam.*
Roſarum rubrarum mundat. *Drachmas tres.*
Radicum Rubiæ tinctorum,
Aſari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Abſynthii ſicci,
Seminum Aniſi,
Apii, *ana Drachmam unam.*
*Cum ſucco Abſynthii depurato F. Trochiſci.*

## TROCHISCI DE CAPPARIBVS MESVÆI.

℞. Corticum radicum Capparum,
Gummi Ammoniaci, *ana Vnciam unam.*
Seminum Agni caſti, *Drachmas ſex.*
Naſturtii,
Nigellæ,
Radicum Acori,
Ariſtolochiæ rotundę,

Foliorum

©BIU Santé



Foliorum Calaminthæ,
Rutæ, ſiccatorum,
Succi Agerati, *vel ſi deſit*, Agrimoniæ condenſati,
Amygdalarum amararum, *ana Drachmas duas.*
Cyperi rotundi,
Foliorum Aſplenii exſicc. *ana Drachmam unam.*

*Cum Ammoniaco prædicto Aceto Vini diſsoluto F. Trochiſci.*

Duplicamus Ammoniaci pondus, nec minori pondere baſim, ut Trochiſci vel Meſuæo teſte ſint efficaciores.

## TROCHISCI *ſeu* PASTILLI ANISI.

℞. Sacchari canti albi *Libram unam.*
Olei Aniſi *Guttas plus minus quindecim.*

*Cum mucilagine gummi Tragacanthæ ex aqua Roſarum F. Trochiſci rotundi, & ſignentur.*

## TROCHISCI BECHICI ALBI.

℞. Sacchari albiſſimi *Libram unam.*
Criſtallini albi,
Penidiorum hordeatorum, *ana Vncias quatuor.*
Radicum Iridis Florentiæ,
Amyli, *ana Seſcunciam.*

*Cum mucilagine gummi Tragacanthæ ex aqua Roſarum F. Trochiſci, & ſignentur.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 172 sur 259

©BIU Santé



## TROCHISCI ALBI RHASIS, *ſeu* SIEF ALBVM.

℞. Ceruſſæ aq. Roſarum lotæ *Drachmas decem.*
Sarcocollæ craſſioris *Drachmas tres.*
Amyli *Drachmas duas.*
Gummi Arabici nitidi,
Tragacanthi, *ana Drachmam unam.*
Caphuræ *Drachmam mediam.*

*Cum albumine Ovi & tantillo Aquæ Roſarum formentur Trochiſci.*

Parantur & cum Opii ſemidrachma, quod uſus tempore dum lubet adjiciatur, nonnullâ candoris jacturâ.

## TROCHISCI VITICIS, *ſeu* AD GONORRHÆAM RENODÆI.

℞. Boli Armeni aquâ Centinodiæ loti *Drach. duas.*
Raſuræ Eboris,
Succini, *ana Seſquidrachmam.*
Seminum Plantaginis *Scrupulos quatuor.*
Viticis,
Lactucæ,
Roſarum rubrarum mundatarum,
Balauſtiorum, *ana Drachmam unam.*

Ligni

©BIU Santé



Ligni Saſſafras *Scrupulos duos.*

*Cum mucilagine ſemin. Citoneorum ex aqua Nenupharis F. Trochiſci.*

## Trochisci de Myrrha Rhasis.

℞. Myrrhæ electæ *Drachmas tres.*
Lupinorum mundatorum *Drachmas quinque.*
Radicum Rubię tinctorum,
Fol. Mentaſtri, *vel ſi deſit,* Calaminthæ mõtanæ,
Pulegii cervini,
Rutæ,
Seminum Cymini,
Aſſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opoponacis, *ana Drachmas duas.*

*Cum ſucco Arthemiſiæ depurato F. Trochiſci.*

## Trochisci de Carabe Mes.

℞. Carabes *Drachmas ſex.*
Cornu Cervi uſti,
Gummi Arabici aſſati,
Tragacanthi,
Corallii rubri uſti,
Acatiæ veræ, *vel ſi deſit,* vulgaris,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 174 sur 259

©BIU Santé



Succi Hypociſtidos condenſati,
Balauſtiorum,
Laccæ præparatæ,
Seminum Papaveris nigri aſſati,
Maſtiches, *ana Drachmas duas.*
Olibani,
Croci Britannici,
Opii, *ana Seſquidrachmam.*

*Cum mucilagine ſeminum Pſillii ex aqua Roſarum F. Trochiſci.*

## TROCHISCI DE TERRA LEMNIA

℞. Terræ Lemniæ veræ, *vel ſi deſit*, Boli Armeni veri *Semunciam*,
Sanguinis Draconis,
Lapidis Hæmatitidis,
Corallii rubri,
Eboris uſti,
Cornu Cervi præpar.
Acatiæ veræ, *ejus defectu*, vulgaris,
Succi Hypociſtidos,
Gummi Arabici aſſati,
Succini,
Thuris maſculi,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 175 sur 259

©BIU Santé



Balauſtiorum,
Roſarum rubrarum,
Seminum Roſarum,
Portulacæ, parum aſſatorum,
Nucum Cupreſſi,
Croci,
Amyli probè exſiccati,
Opii, *ana Drachmas duas.*
Gummi Tragacanthi,
Seminum Papaveris nigri,
Margaritarum præparat, *ana Seſquidrachmam.*
*Cum ſucco Plantaginis depurato F. Trochiſci.*

## TROCHISCI ALEXITERII RENOD.

℞. Radicum Angelicæ *Drachmas tres.*
Gentianæ,
Iridis Florentiæ,
Tormentillæ,
Zedoariæ,
Corticum exterior. Citri ſiccat. *ana Drach. duas.*
Seminum Coriandri præparatorum,
Roſarum rubrarum,
Zinziberis, *ana Drachmam unam.*
Cinnamomi,

Caryo-

©BIU Santé



Caryophillorum, *ana Semidrachmam.*
Succi Glycyrrizæ condenſati, *Vncias ſeptem.*
*Cum Vino Hippocratico F. Trochiſci.*

## TROCHISCI DE VIPERIS.

℞. Carnis Viperinæ, cum Anetho ex aqua ſalſa coctæ, dum oſſa deſerat, *Vncias octo.*
*Teratur pilâ marmoreâ, & ſenſim inſperge*
Panis triticei albi arefacti, aut potius biſcocti & pulverati, *Vncias duas.*
*Cum juſculo carnis prædictæ F. Trochiſci tenues, Opobalſamo inungendi.*

Parantur hi Trochiſci efficaciores in regione Viperarum ferace, quamobrem ex Gallia, Pictavio, aut potius ex Italia, Venetiis aut Patavio recentes petantur in uſum.

## TROCHISCI SCILLITICI.

℞. Medullæ Scillę præparatæ *Libram unam.*
Farinæ Orobi, *vel* Lupinorum *Vncias octo.*
*Trita ſimul reduc in Trochiſcos.*

## TROCHISCI CYPHEOS DAMOCR.

℞. Pulpę Vvarum paſſarum albarum, & pinguium, ab acinis mundatarum,

There-

©BIU Santé



Therebinthinæ optimę coctæ,
Schænanthi,
Myrrhæ,
Cinnamomi, *ana Vncias tres.*
Radicum Acori veri *Drachmas novem.*
Cyperi rotundi, *vel ſi deſit*, longi,
Spicæ Nardi Indicæ,
Baccarum Iuniperi,
Caſiæ ligneæ,
Bdellii, *ana Drachmas tres.*
Aſpalathi, *vel ſi deſit*, ligni Saſſafras, *Drachmas duas & mediam.*
Croci *Drachmam unam.*
*Cum Melle deſpumato & Vino Malvatico F. Trochiſci.*

Carmen Damocratis habet Myrrhæ, Cinnamomi & Schænanthi tantum ac pręcedentia, quod ſequimur, licet alii Myrrhæ & Schænanthi ſingulorum ſeſcunciam ponant, Cinnamomi ſem unciam. Loco etiam deficientis Aſpalathi Saſſafras ſupponimus, ei viribus neutiquam inferius.

## MAGMA HEDYCHROVM GAL.

℞. Ligni Aſpalathi, *vel ſi deſit*, Saſſafras,
Foliorum Majoranæ,
Mari veri.
Radicum Aſari,
Calami aromatici, *vel* Acori,

©BIU Santé



Coſti odorati,
Valerianę majoris,
Ligni Aloës, *vel ſi deſit*, Santali citrini,
Schænanthi,
Opobalſami, *vel ejus defectu*, Balſami Indici veri,
Cinnamomi, *ana Drachmas tres*.
Folii, *vel ſi deſit*, corticum exter. Citri ſiccator.
Caſſiæ ligneæ,
Spicæ Nardi Indicæ,
Myrrhę,
Croci optimi, *ana Drachmas ſex*.
Amomi veri, *vel ſi deſit, tanto plus* prędicti Acori, *vel ne repetatur*, Cardamomi minoris *Seſcunciam*.
Maſtiches *Drachmam unam*.

*Cum Vino Malvatico vel ſimili F. Trochiſci Opobalſamo inungendi.*

PARS

©BIU Santé



# PARS NONA.
## De Antidotis & Opiatis.

### ANTIDOTVS ſeu THERIACA DIATESSARON MES.

℞. Radicum Gentianæ,
Ariſtolochiæ rotundę,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ, *ana Vnciam unam.*
Mellis deſpumati *Libram unam.*
*Fiat S. A. Electuarium.*

### CONFECTIO ALKERMES ex AMSTELR.

℞. Syrupi granorum Kermes monte Peſſulo, aut Lugdulo delati, *Libras duas & mediam.*
*Calefacto adde*
Ambræ griſeæ minutim inciſæ *Drachmas duas.*
*Liquefactâ Ambrâ inſperge ſequentia pulverata.*
Ligni Aloës, *vel* Santali citrini,
Cinnamomi, *ana Drachmas ſex.*
Lapidis Lazuli præparati,
Margaritarum præparatarum, *ana Drach. duas.*

©BIU Santé



Auri foliati,
Moſchi, *ana Drachmam unam.*
*Fiat S. A. Electuarium.*

## DIASATYRIVM ex RENOD.

℞. Radicum Satyrii vulgaris recentium & ſucculentarum *Vncias duas.*
Cerebellorum Paſſerum,
Pinearum mundatarum,
Piſtachiorum, *ana Seſcunciam.*
Radicum Eringii,
Nucis Indicæ, *ana Vnciam unam.*
Zingiberis,
Caryophillorum,
Seminum Aniſi,
Fraxini, *ſeu* Linguæ avis,
Erucæ, *ana Drachmas quinque.*
Vrticæ,
Lumborum Scincorum.
Cinnamomi, *ana Drachmas duas & mediam.*
Moſchi *Grana ſeptem.*
Mellis in decocto radicum præſcriptarum deſpumati *Libras tres.*
*Fiat S. A. Electuarium.*

Cerebella

©BIU Santé



Cerebella Paſſerum addimus ſcopo congrua; Paſtinacam præterimus, tamquam inefficacem.

## Mithridativm Damocratis.

℞. Radicum Zingiberis,
Spicæ Nardi Indicæ,
Cinnamomi,
Croci Britannici,
Agarici albi & levis,
Myrrhæ optimæ,
Thuris maſculi,
Seminum Thlaſpios, *ana Drachmas decem.*
Seſeleos Maſſilienſis,
Coſti odorati,
Foliorum Malabathri recentis, *vel ſi deſit*, corticum exterior. Citri *vel* Limonum ſiccator.
Schœnanthi,
Stæchadis Arabicæ,
Piperis longi,
Succi Hypociſtidis condenſati,
Galbani,
Opoponacis,
Styracis Calamitæ in guttis,
Therebinthinæ Cypriæ,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 182 sur 259

©BIU Santé



Opobalſami, *vel ſi deſit*, Balſami Indici veri,
Caſtorei, *ana Unciam unam.*
Caſiæ ligneæ,
Foliorum Polii montani albi,
Scordii veri,
Piperis albi,
Carpobalſami, *vel ſi deſit*, baccarum Iuniperi,
Seminum Dauci Cretici,
Bdellii,
Trochiſcorum Cypheos, *ana Drachmas ſeptem.*
Radicum Gentianæ,
Spicæ Nardi Celticę,
Dictamni Creticæ,
Roſarum rubrarum mundatarum,
Seminum Cardamomi minoris,
Fœniculi,
Petroſelini Macedonici veri,
Gummi Arabici verniculati,
Opii nitidi & probati, *ana Drachmas quinque.*
Radicum Acori veri,
Aſari,
Valerianæ majoris,
Seminum Aniſi,
Sagapeni, *ana Drachmas tres.*

Radicum

©BIU Santé



Radicum Meii Athamantici,
Seminum Hyperici,
Acatiæ veræ *vel ſi deſit*, noſtratis;
Lumborum Scinci, *ana Drachmas duas & mediã.*
Mellis optimi deſpumati, & ad conſiſtentiam debitam cocti, *Libras octo.*

*Eliquentur ſucci & gummi Vino Malvatico aut ſimili, fiatque S. A. Electuarium.*

Malabathrum in regiones haſce devectum, plerumque antiquatum eſſe ſolet, albicans ac fragile, quale vel Dioſcoride teſte vitioſum eſt; & Damocrates recens & aromaticum requirit, quale cùm nobis non ſit ad manus, corticem Citri exteriorem ejus vice ſubſtituimus, augmento potius virtutis in Antidoto, quàm jacturâ: Siquidem odorum, diureticum, putredini & venenis contrarium, cordi amicum non minùs eſt quàm Malabathrum ipſum aut folia Citri ab aliis ſubſtituta, quibus & hac in regione caremus. Non moramur folium non eſſe, potior nobis eſt virium cuſtodia, quàm folii pro folio nomenclatura. Ceterum ne variato pondere minùs efficax reddatur compoſitum, Mellis quoque pondus apponimus; quòd ſuccis & liquoribus priùs Vino diſſolutis, triplum ad minimum efficit pulverum reliquorum.

## Theriaca Andromachi senioris.

℞. Trochiſcorum Scylliticorum *Vncias ſex.*
De Viperis,
Magmatis Hedychroï,

Piperis

©BIU Santé



Piperis longi,
Opii nitidi & probati, *ana Vncias tres.*
Radicum Iridis Illyricæ, *vel ſi deſit*, Florentiæ,
Agarici albi & levis,
Comarum Scordii veri,
Roſarum rubrarum mundatarum,
Cinnamomi,
Opobalſami, *vel ſi deſit*, Balſami Indici veri,
Succi Glycyrrizæ condenſati,
Seminum Napi, *ana Seſcunciam.*
Radicum Coſti odorati,
Quinquefolii,
Rhapontici, *vel ſi deſit*, Rhabarbari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Zingiberis,
Caſiæ ligneæ,
Foliorum Dictamni Creticæ,
Calaminthæ montanæ,
Praſſii albi,
Schænanthi,
Stæchadis Arabicæ,
Croci Britannici,
Piperis nigri,
Seminum Petroſelini Macedonici veri,

There-

©BIU Santé



Therebinthinæ Cypriæ,
Thuris maſculi,
Myrrhæ, *ana Drachmas ſex.*
Radicum Gentianæ,
Mei Athamantici,
Valerianæ majoris,
Spicæ Nardi Gallicæ,
Foliorum Malabathri veri & recentis, *aut ſi deſit,* corticum exter. Citri *aut* Limonum ſicc.
Polii montani albi,
Comarum Chamædrios,
Chamæpithyos,
Hyperici,
Carpobalſami, *vel ſi deſit,* baccarum Iuniperi,
Amomi veri, *ejus defectu,* Acori veri,
Seminum Ammios,
Aniſi,
Cardamomi minoris,
Fœniculi,
Seſeleos Maſſilienſis,
Thlaſpios,
Sigilli Lemnii veri, *vel* Boli Orientalis cineritii,
Chalcitidis, *vel* Calchanti uſti, dũ cineritiũ fiat,
Succi Acatiæ veræ, *vel ejus defectu,* vulgaris,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 186 sur 259

©BIU Santé



Hypociſtidis condenſati,
Stiracis Calamitæ in guttis,
Gummi Arabici vermiculati,
Sagapeni, *ana Semunciam.*
Radicum Ariſtolochiæ tenuis,
Summitatum Centaurii minoris,
Seminum Dauci Cretici, *vel ſi deſit*, noſtratis,
Galbani puri,
Opoponacis,
Bituminis Iudaïci,
Caſtorei, *ana Drachmas duas.*
Mellis optimi expumati, & ad conſiſtentiam debitam cocti, *Libras duodecim.*

*Diſſolvantur Succi & Gummi Vino Malvatico, Fiatque S. A. Electuarium.*

Sequimur Andromachi ſenioris mentem carminibus expreſſam, quibus nulla mentio fit Piperis albi, neque Acori veri, quod tamen nos vice Amomi, dum eo deſtituimur, facilè ſupponimus, ob conſimiles vires, ex Galeni mente. Libræ duodecim Mellis triplum circiter efficiunt ponderis ſpecierum pulverandarum; ſiquidem Opium, Opobalſamum, Therebinthina, Glycyrrizæ, Acatiæ & Hypociſtidis ſucci, Sagapenum, Galbanum & Opoponax Vino eliquata immiſceri debent. Non ignoramus Andromachum juniorem requirere Mellis tantùm libras decem, at paucior ea quantitas nobis viſa eſt, ut debitâ conſiſtentiâ donatum Electuarium, ritè per aliquot annos fermentari poſſit.

PARS

©BIU Santé



# PARS DECIMA.
## De Oleis.

### OLEA PER EXPRESSIONEM.

### OLEVM AMYGDALARVM DVLCIVM SINE IGNE.

℞. Amygdalas dulces ſiccatas, non rancidas, *Q. V.* *Contunde in mortario lapideo minutiſſimè, & (ut magis ſeparetur oleum) diutiſſimè; poſtmodum telâ cannabinâ aut ſacculo involutas ſub prælo exprime, dum oleum emanet per os exhibendum.*

*Ex magmate verò iterum contuſo, calefacto & expreßo, elici poteſt* Oleũ Amygd. dulc. *ad externos uſus.*

*Eliciuntur pariter ſub prælo*

OLEVM Amygdalarum amararum.
Macis.
Nucis Iuglandis, *ſeu* Caryinum,
Moſchatæ.
Olivarum maturarum.
Seminum Hyoſciami,
Lini,

Z 2 Nigel-

©BIU Santé



Nigellæ,
Papaveris,
Keryæ, & ſimilium.

## Oleum commune Omphacinum

*Exprimitur ex* Olivis immaturis ; *quod ſi hac in patria non ſit venale, ſupponatur in compoſitis ejus vice* Oleũ commune, *quod cum* decocto ſummitatum Quercus, *vel* Rubi *ex aqua facto & colato, bullierit ad omnem prope, non totius humiditatis conſumptionem, ne diutius bulliendo calidius evadat ; vel laboris compendio, dum res urget, oleum vulgare agitatum lotumque omphacio ſupponatur.*

## Oleum Ovorum.

℞. *Ova recentia elixatione indurata* N°. 20. *vel* 30. *ex his vitellos exime, & comminutos in ſartagine terrea vitreata, igne mediocri aſſa, movendo ſpatulâ ferreâ, donec rubeſcant, & oleum manare incipiat : deinde offam ferventem injice in ſacculum vel telam pilis contextam, & exprime velociter torculari. Expreſſum repone.*

OLEA

©BIU Santé



# OLEA PER INFVSIONEM & DECOCTIONEM.

## OLEVM ROSATVM COMPLETVM.

℞. Foliorum Roſarum rubrarum recentium & apertarum, inciſarum vel leviter contuſarum *Libras quatuor.*

*In vas lapideum conjice, & affunde*

Olei recentis maturi *Libras decem.*

*Inſolentur aut calidè detineantur per menſem aut plus eo: tum coquantur in duplici vaſe; & Oleum poſteà torquendo velociter colatum recondatur.*

## OLEVM ROSATVM OMPHACINVM.

℞. Fol. Roſarum rubrarum nondum penitus apertarum *Libras duas.*

Olei communis Omphacini *Libras quinque.*

*Macerentur, coquantur, & colentur ut ſupra.*

Laboris & temporis compendio, unicâ infuſione, eâque copioſâ, idem aſſequimur, quod alii iteratis infuſionibus moliuntur; cùm veriſimile ſit è majore quàm preſcribamus florum copiâ aut ſuccis eorumdem, nihil ferè magis Oleo virtutis acceſſurum, ob limitatam ejus vim attractivam. Conſulimus tamen in coquendis herbarum calidarū Oleis, decoctū earumdem addi, ne diutius bulliendo adurantur.



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 190 sur 259

©BIU Santé



*Eo quo Roſaceum modo, fiant & ſequentia.*

OLEVM DE ABSYNTHIO.

Ex Abſynthio viridi ruſtico inciſo & contuſo, oleoq́; veteri.

OL. ANETHINVM.

Ex ſummitatibus Anethi viridis, & oleo veteri.

OL. CHAMÆMELINVM.

Ex Chamomilla viridi cum floribus, & oleo dulci.

OL. CYDONIORVM.

Ex Malis Cydoniis non excorticatis, & oleo Omphacino.

OL. GENISTÆ.

Ex floribus Geniſtæ recentibus, & oleo dulci loto.

OL. KEYRINVM.

Ex floribus Keyri viridibus, & Oleo veteri.

OL. LILIORVM ALB.

Ex foliis florum minutim inciſis, abjectis apicibus luteis interioribus, & oleo veteri.

OL. MENTHÆ.

Ex Mentha Romana viridi, & oleo Omphacino.

OL. MAIORANÆ.

Ex Majorana recenti cum ſuis cymis, & oleo veteri.

OL. NE-

©BIU Santé



## OL. NEPITHÆ.

Ex Nepitha viridi cum verticillis, & oleo veteri.

## OL NENVPHARINVM.

Ex foliis florum, abjectis interioribus apicibus luteis, & oleo Omphacino.

## OL. ROSMARINI.

Ex foliis & floribus recentibus, oleoque veteri.

## OL. SAMBVCINVM.

Ex floribus recentibus Sambuci, & oleo veteri claro.

## OL. SOLANI.

Ex Solano cum baccis,& oleo Roſaceo Omphacino.

## OL. VIOLACEVM.

Ex Violis Martiis recentibus, & oleo recenti aut loto.

## OLEVM Hyperici.

℞. Olei antiqui clari *Libras duas.*
Florum Hyperici contuſorum *Vncias octo.*
*Infundantur per aliquot dies, tum additis*
Vini rubri *Vnciis ſex,*
*Coquantur ad humidi conſumptionem; expreſſo adde*
Therebinthinæ claræ *Vncias ſex.*
Croci *Scrupulos duos.*
*Colentur, & reponantur uſui.*

OLEVM

©BIU Santé



## OLEVM MASTICHINVM.

℞. Olei Roſati *Libram unam.*
Maſtiches electæ *Vncias tres.*
Vini rubri *Vncias duas.*

*Maſtiche pertrita paulatim affundatur, continuo movendo; ſicque coquatur in balneo donec liquata & permixta ſit, vinumque exhalarit.*

## OLEVM MYRTILLORVM.

℞. Baccarum Myrti confractarum *Libram mediam.*
Olei Omphacini *Seſquilibram.*
Vini rubri auſteri *Selibram.*

*Macerata coquantur ad Vini conſumptionem: colentur & exprimantur.*

## OLEVM IRINVM.

℞. Succi radicum Iridis,
Florum ejuſdem, *ana Libram unam.*
Olei veteris *Libras tres.*

*Coquantur in vaſe duplici ad humidi conſumptionem: colentur, & exprimantur.*

OLEVM

©BIU Santé



## OLEVM LVMBRICORVM TERREST.

℞. Lumbricorum terreſtrium priùs purgatorum, deinde Vino albo generoſo ſubmerſorum & lotorum *Libram unam.*

Olei veteris & clari *Libras duas.*

Vini rubri *Libram mediam.*

*Bulliant ad Vini conſumptionem; colentur & exprimantur; rurſumque igni exponantur ad totius humidi exhalationem.*

## OLEVM VVLPINVM.

℞. Vulpem aduſtam, & bene habitam, excoriatam & exenteratam, oſſibus confractis, & contuſis, minutim conciſam.

*Coquatur diligenter, ſub initium deſpumando, in*

Aquæ marinæ *aut* ſalmuriæ dilutioris *Libris xij.*

*Ex dimidio coctæ adde*

Olei veteris *Libras quatuor.*

*Et denuò bulliant ad Vulpis artuum diſſolutionem: mox adjice*

Thymi,

Origani Hiſpanici,

Summitatum Anethi, *ana Selibram.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 194 sur 259

©BIU Santé



*Et coquantur omnia lento igne, donec humiditas omnis exhalarit : tum colentur, & exprimantur uſui.*

Notandum, quòd ſi exprimendo humiditas aliqua eliciatur, ea infundibuli beneficio ſeparanda ſit, ne oleum corrumpat.

## OLEVM DE EVPHORBIO MES.

℞. Euphorbii *Semunciam.*
Olei Keyrini,
Vini Hiſpanici, *ana Vncias quinque.*

*Coquantur ad conſumptionem Vini : colentur & reponantur.*

## OLEVM CROCINVM PRO EMPLASTRO DE RANIS.

℞. Radicum Acori,
Croci Britannici,
Cardamomi, *ana Vnciam unam.*
Myrrhæ *Semunciam.*
Vini albi *Vncias octo.*

*Infundantur per ſex dies : poſtridie adde*
Olei veteris *Seſquilibram.*

*Coquantur lento igne ad Vini conſumptionem : colentur & exprimantur.*

OLEVM

©BIU Santé



## OLEVM DE CAPPARIBVS.

℞. Corticum radicum Capparum *Vnciam unam.*
Tamariſci,
Radicum Cyperi,
Seminum Agni caſti,
Foliorum Scolopendrii veri,
Tamariſci, *ana Drachmas duas.*
Rutæ *Drachmam unam.*
Vini Hiſpanici,
Aceti vinei, *ana Vncias duas.*
Olei communis maturi *Libram unam.*

*Coquantur in duplici vaſe ad humidi conſumptionem; colentur, & exprimantur.*

## OLEVM NARDINVM COMPOS.

℞. Nardi Indicæ *Seſcunciam.*
Foliorum Majoranæ *Vnciam unam.*
Luigni Saſſafras,
Radicum Acori veri,
Cyperi,
Helenii,
Foliorum Lauri,
Schænanthi,

©BIU Santé



Macis,
Cardamomi minoris, *ana Drachmas ſex.*
*Craſſiuſculè trita macerentur per aliquot dies in*
Vini Abſynthitis *Libra una, adjectis poſtea*
Olei veteris & clari *Libris duabus & mediâ.*
*Tum coquantur in diplomate ſubinde movendo ad Vini conſumptionem: colentur, & exprimantur.*

## Oleum Diacolocynthidos.

℞. Foliorum Calamenti montani,
Origani,
Pulegii,
Rutæ, ſiccatorum, *ana Manip. medium.*
Seminum Cumini,
Dauci,
Fœniculi,
Baccarum Lauri, *ana Semunciam.*
Vini rubri, *Libram unam.*
*Infundantur per diem unum, addendo poſtea*
Olei veteris *tantumdem.*
*Et bulliant dum media pars Vini conſumpta ſit, tum exprime, & addendo*
Colocynthidis cum toto *Seſcunciam,*
*Bulliant iterum ad Vini reliqui conſumptionem: colentur, & exprimantur.*

Oleum

©BIU Santé



## OLEVM DE CASTOREO COMPOS.

℞. Radicum Coſti,
Cyperi,
Pyrethri,
Spicæ Nardi Indicæ,
Caſiæ ligneæ,
Foliorum Sabinæ,
Schænanthi,
Cubebarum,
Croci,
Piperis longi,
nigri,
Euphorbii,
Styracis Calamitæ, *ana Drachmas duas.*

*Omnia ritè præparata macerentur per* 12. *horas in*
Vini Hiſpanici *Librâ unâ:*

*Addendo poſteà*
Olei veteris *Libras tres.*

*Et infundantur rurſum ſuper cineres calidos per duodecim horas, vaſe ritè tecto.*

*Tum bulliant in diplomate, perſæpe movendo, uſque ad Vini conſumptionem; colaturam expreſſam paulatim affunde & probè commiſce ſequentibus calefactis,*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 198 sur 259

©BIU Santé



*Vino priùs diſſolutis, & ad Mellis conſiſtentiam coctis; nempe*

Galbani,
Opoponacis, *ana Drachmis duabus.*
Caſtorii *Drachmis tribus.*

*Commixta ſimul uſui repone.*

Caſtoreum Galbano & Opoponaci diſſolutis & coctis paulatim admiſcendum cenſemus, ſi recens ſit, liquidum & ſeroſum: quod ſi tantùm ſiccum habeatur, contundendum potius conſulimus, & piſtillo diu deducendum, ut cum Oleo cocto & colato ritè permiſceatur. Porrò infundimus priùs ſimplicia Vino, ut intimiùs emollita, vim ſuam communicent faciliùs.

## OLEA PER DESTILLATIONEM.

### OLEVM SEMINVM ANISI.

℞. Seminum Aniſi contuſorum *Libras duas.*
Aquæ fontanæ *Libras quindecim.*

*Macerentur & fermententur per dies aliquot, tum deſtillentur per refrigeratorium, & Oleum ab aqua per infundibulum ſeparatum aßerva.*

*Eodem modo parentur*

OLEA SEMINVM CARVI.
FOENICVLI.
RORIS-

©BIU Santé



RORISMARINI.
SALVIÆ.
THYMI.
CORTICVM AVRANTIORVM.
CITRIORVM.

*Ex aliis quoque floribus & herbis calidis Olea eliciantur, eo minori factâ fermentatione, quo rarior fuerit materia.*

## OLEVM CARYOPHILLORVM.

℞. Caryophillorum contuſorum *Libras duas.*
Aquæ fontanæ *Libras viginti.*

*Macerentur per aliquot dies, tum deſtillentur per Retortam, ſervatis ignis gradibus.*

*Eodem modo parentur*

OLEVM CINNAMOMI.
MACIS.
NVCIS MOSCHATÆ.

*Et aliorum, ſi quæ in uſu ſint, Aromatum.*

OLEVM

©BIU Santé



## OLEVM CERÆ.

℞. Ceræ flavæ *Partem unam.*

*Liqueſiat, & tamdiu fuſa ſuper ignem teneatur, dum nullas ampliùs bullas edat, tum amotæ ab igne admiſce*

Arenæ *Partes tres.*

*Indantur ſimul Retortæ amplæ, ut tertia ſolùm pars repleatur, & deſtillentur per gradus ignis.*

# OLEA PER DESCENSVM.

## OLEVM BVXI. GVAIACI.

*Imponatur lignum utriuſvis comminutum in Cucurbitam vitream aut fictile anguſti orificii, quod laminâ foraminulentâ tanquam ſepto diviſum, in alterius Cucurbitæ patentius orificium immittatur, ſimulque ambo ritè conjungantur argillâ tenaci vel paſtâ. Deinde vaſis ſic aptatis, dimitte in foveam quod vacuum eſt, & cooperi terrâ ſupra utriuſque commiſſuram ad illius uſque medium quo lignum continetur. Poſteà ignem circumquaque accende, & ſtillans Oleum ex ſuperiore Cucurbita in inferiorem ad uſum ſerva.*

SEQVEN-

©BIU Santé



*SEQVENTIA ab Inſtitoribus aut Chymicis emantur, niſi conficere quis velit & poſſit.*

OLEVM GAGATIS.
IVNIPERI.
LATERVM.
LAVRINVM.
PETROLEVM.
SCORPIONVM.
SPICÆ, *ſeu* LAVENDVLÆ MAIORIS.
SVCCINI.
TEREBINTHINÆ.

*Et ſimilia, ſi quæ in uſus medicos haberi poſſint.*

©BIU Santé



# PARS VNDECIMA.

## De Vnguentis.

### VNGVENTVM ROSACEVM.

℞. Axungiæ Porcinæ recentis, à pelliculis mundatæ, & operosè in Pila marmorea piſtillo ligneo contuſæ, *Q. V.*

*Eliquetur, & colata reſideat dum condenſetur, deinde affuſâ aquâ fontanâ ſæpius mutatâ, lavetur diligenter, dum odorem ingratum deponat; cui tum admiſce*

Roſarum rubrarum recentium, ab interioribus apicibus mundatarum, & in lapideo mortario contuſarum, *quantum Axungia capere poteſt.*

*Inſolentur per dies aliquot, tum coquantur dum humiditas aut ſuccus exhalarit: colaturam emundatam & frigefactam perfunde*

Aquâ Roſarum *Q. V.*

*Et piſtillo ligneo iterum iterumq; ad candorem tritam, permixtamque aſſerva pro Vnguento.*

### VNGVENTVM REFRIGERANS GAL.

℞. Olei Roſati omphacini *Vncias quatuor.*
Ceræ albæ *Vnciam unam.*

*Liquentur*

©BIU Santé



*Liquentur ſimul, fuſa agitentur dum refrigeſcant; tum affuſâ ſæpius aquâ frigidâ, diu ſubigantur donec albeſcant. Poſtremò*

Aquæ Roſarum, &
Aceti Roſacei *tantillo*

*abluantur, & F. Vnguentũ, quo recenti ſemper utendũ.*

## VNGVENTVM TRIAPHARMACVM, CRVDVM, *vel* NVTRITVM.

℞. Lithargyri aurei tenuiſſimè triti *Q. V.*
Olei Roſacei omphacini *Partes duas.*
Aceti Vini *Partem unam.*

*Affunde viciſſim Lithargyrio in mortario, modò Oleum, modò Acetum, utriuſque tantum dictâ proportione, quantum diutiſſimè jactatum ebibere poterit, ut juſtâ craſſitie & candore efformetur Vnguentum.*

## VNGVENTVM ALBVM RHASIS.

℞. Olei Roſacei omphacini *Vncias ſexdecim.*
Ceræ albæ *Vncias quatuor.*

*Liquentur ſimul, liquefactis adde*

Ceruſſæ Venetæ lotæ, optimè tritæ, *Vncias octo.*

*Moveantur continuò ad ſpiſſitudinem, & F. Vnguent.*

CAPHVRATVM *fiet, ſi quibuſque Vnguenti libris*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 204 sur 259

©BIU Santé



Caphuræ aquâ Roſarum tritæ *Drachma immiſceatur.*

## VNGVENTVM ÆGYPTIACVM MES.

℞. Æruginis pulveratæ *Vncias quinque.*
Mellis crudi *Vncias quatuordecim.*
Aceti Vini acerrimi *Vncias ſeptem.*

*Coquantur in vaſe terreo vitreato donec inſpiſſentur in Vnguentum.*

## VNGVENTVM BASILICON MINVS *ſeu* TETRAPHARMACON MES.

℞. Picis nigræ, *ſeu* navalis probatæ,
Reſinæ pinguis,
Ceræ citrinæ, *ana Libram unam.*
Olei communis *Libras quatuor*

*Miſce ad ignem lentum, & F. Vnguentum.*

## VNGVENTVM DEFENSIVVM.

℞. Olei Roſacei omphacini *Vncias tres.*
Ceræ flavæ *Drachmas ſex.*

*Liqueſcant ſimul, & frigefactis adde cõmixta priùs*
Boli Armeni *Vnciam unam.*
Sanguinis Draconis *Semunciam.*

Aceti

©BIU Santé



Aceti optimi *Vncias duas.*

*Fiat Vnguentum.*

## VNGVENTVM DESICCATIVVM RVBRVM.

℞. Lapidis Calaminaris præparati,
Terræ Lemniæ, *vel* Boli Armeni, *ana Vncias iiij.*
Lithargyri aurei,
Ceruſſæ, *ana Vncias tres.*
Minii,
Ceræ flavæ, *ana Vncias duas.*
Caphuræ *Drachmam unam.*
Olei Roſati omphacini *Libram unam.*
*Miſce ad ignem velociter in Vnguentum.*

## VNGVENTVM DIAPOMPHOLIGOS.

℞. Olei Solani *Vncias ſexdecim.*
Ceræ flavæ *Vncias quinque.*
*Liqueſcant igne lento, & ab igne ſubductis mox ſequentia ſubtiliſſimè trita inſperge.*
Pompholigis, *vel* Tuthiæ vulgaris præparatæ,
Plumbi uſti & loti, *ana Vncias duas.*
Ceruſſæ lotæ *Vncias quatuor.*
Thuris maſculi *Vnciam unam.*
*Moveantur continuè ad ſpiſsitudinem, & F. Vnguentũ.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 206 sur 259

©BIU Santé



## VNGVENTVM AVREVM MES.

℞. Olei veteris & clari *Libras duas & mediam.*
Ceræ citrinæ *Vncias ſex.*
Terebinthinæ claræ *Vncias duas.*
Reſinæ aridæ,
Colophoniæ, *ana Seſcunciam.*
Olibani,
Maſtiches, *ana Vnciam unam.*
Croci exquiſitè triti *Drachmam unam.*
*Fiat S. A. Vnguentum.*

## VNGVENTVM APOSTOLORVM AVIC.

℞. Terebinthinæ claræ,
Reſinæ ſiccæ,
Ammoniaci,
Ceræ flavæ, *ana Drachmas quatuordecim.*
Lithargyri aurei *Drachmas novem.*
Rad. Ariſtolochiæ tenuis,
Olibani,
Bdellii, *ana Drachmas ſex.*
Myrrhæ,
Galbani, *ana Semunciam.*
Opoponacis,

Viridis

Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 207 sur 259

©BIU Santé



Viridis Æris, *ana Drachmas duas.*
Olei communis *Libras duas.*

*Lithargyrium tenuiſsimè tritum in tertia circiter Olei parte lento igne liquetur, immittendo poſteà Cerã, Reſinam, & Olei reliquum; his fuſis & poſtmodum frigefactis affunde gummi calentia, priùs Aceto ſoluta, colata, ad Mellis conſiſtentiam cocta, & cum Terebinthina commixta. Tum adjice reliqua probè pulverata, ultimò tamen Æruginem cum modico Olei prædicti in mortario diductam, & F. Vnguentum.*

Notandum eſt, ſi impura ſint gummi, doſim eorumdem augendam eſſe.

## VNGVENTVM MVNDIFICATIVVM DE APIO PARÆI.

℞. Succorum Apii,
Abſynthii,
Bethonicæ,
Plantaginis, *ana Vnciam unam.*
Mellis communis *Vncias quinque.*
*Bulliant ad ſuccorum conſumptionem, tum adde*
Terebinthinæ Venetæ *Vncias quatuor.*
Farinæ Lupinorum,
Hordei, *ana Drachmas duas.*

Pulveris

©BIU Santé



Pulveris Aloës,
Ireos Florentiæ,
Myrrhę, *ana Drachmam unam.*
*Fiat ut artis eſt Vnguentum.*

## VNGVENTVM OPHTHALMICVM.

℞. Tuthiæ præparatæ *Vnciam unam.*
Lapidis Calaminaris præparati,
Boli Orientalis cineritii,
Ceruſſæ aquâ Roſarum lotæ, *ana Drachm. duas.*
Caphurę *Scrupulum medium.*
Butyri Maialis ut infra pręparati, & aquâ Roſarum loti, *Vncias ſex.*
*F. S. A. Unguentum.*

Si Vnguentum hoc à Medico pręſcribatur cum Opio, ſingulis ejus Vnciis Opii Granum unicum immiſceatur uſus tempore.

## VNGVENTVM POMATVM.

℞. Axungiæ Porcinæ recentis, mundatæ, fuſæ, & lotæ, *Libras duas.*
Ligni Rhodii,
Saſſafras,
Radicum Acori ſelecti,
Iridis Florentiæ, *ana Semunciam.*

Benzoin,

©BIU Santé



Benzoin,
Styracis Calamitæ *ana Drachmas tres.*
Caryophillorum, *Drachmam unam.*

*Indantur ſimul vaſi novo terreo vitreato, & coquantur in diplomate per aliquot horas; tum colentur, & exprimantur: colaturæ frigefactæ & mundatæ admiſce*

Pulpæ Pomorum Camuſiorum (*noſtratibus* Camous, *aliis* Oleaſſe) in præciſa aquæ Roſarum quantitate præbullitorum, probè evaporatæ *Libram mediam.*

*Tum ſimul agitentur, adjiciendo*
Aquæ Roſarum *tantillum;*
*& ſerventur pro Vnguento.*

## VNGVENTVM ASTRINGENS FERN.

℞. Acatiæ vulgaris,
Baccarum Myrti,
Balauſtiorum,
Corticum Glandium,
Granatorum,
Gallarum immaturarum,
Nucum Cupreſſi,
Rhoïs culinariæ,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 210 sur 259

©BIU Santé



Maſtiches, *ana Semunciam.*
Succi Sorborum, *vel ſi deſint* Prunellorum,
Meſpilorum immaturorum, *ana Selibram.*

*Omnia exactè trita & perfuſa ſuccis, macerentur per quatuor dies; tum lento igni exponantur ad ſiccitatem: ſiccata & rurſum exactiùs trita, ſenſim admiſceantur, colliquatis priùs*

Olei Roſacei omphacini, aquâ Aluminoſâ ſæpius abluti *Sequilibrâ.*
Ceræ albæ *Vnciis quatuor.*

*Et fiat S. A. Vnguentum.*

Pulveris cujuſque ſemuncia ad legitimum Vnguentum ſufficit, nè ſi plus addatur, ut requirit Author, emplaſtri adinſtar obdureſcat. Niſi quis rejecto magmate ſolis ſuccis utatur, minoratâ plurimùm Vnguenti efficaciâ.

## VNGVENTVM ENVLATVM ex LOBELIO.

℞. Pulpæ radicum Enulæ in Aceto coctarum, probè evaporatæ *Libram unam.*
Pulpæ radicum Oxylapathi itidem in Aceto coctarum *Libram mediam.*
Axungiæ Porcinæ veteris,
Olei veteris, *ana Vncias quatuor.*

Tere-

©BIU Santé



Terebinthinæ lotæ *Vncias tres.*
Cerę flavæ *Vnciam unam.*
Salis communis optimè triti,
Aluminis, *ana Semunciam.*
Rad. Hellebori albi,
nigri, *ana Drachmas duas.*
*Fiat S. A. Vnguentum.*

Radices priùs in aqua communi ad inediam decoqui conſilium eſt, deinde pulpam earumdem cribratam cum Aceto Vini non pauco recoqui ad humidi evaporationem: nam ſi ab initio elixentur in Aceto, non emolliuntur, ſed indureſcunt.

## VNGVENTVM ENVLATVM CVM MERCVRIO.

℞. Vnguenti Enulati præcedentis *Libram unam.*
Argenti vivi ſucco Limonum extincti *Vnciā unā.*
*Fiat S. A. Vnguentum.*

## VNGVENTVM ALTHÆÆ SIMPLEX.

℞. Radicum Althææ minutim inciſarum, & in mortario leviter contuſarum, *Vncias quatuor.*
Seminum Fœnugreci,
Lini, integrorum, *ana Vncias duas.*

©BIU Santé



Aquæ communis *Libras ſex.*

*Infundantur ſimul per diem integrum, nonnumquam ſcopulis agitando; tum coquantur leniter ad conſiſtentiam, & velociter torquendo colentur: poſteà*

℞. Mucaginis extractæ *Libras duas.*
Olei communis *Libras quatuor.*

*Bulliant ſimul ad humidi aquei conſumptionem, agitando ſubinde, ne urantur; tum adjice*

Ceræ flavæ *Libram unam.*
Reſinæ mollis *Selibram.*
Terebinthinæ *Vncias duas.*

*Fiat S. A. Vnguentum.*

## VNGVENTVM ALTHÆÆ GVMMATVM.

℞. Mucaginis Althææ, Lini, & Fænugræci, ut in præcedenti Vnguento extractæ, *Libras duas.*
Olei communis *Libras quatuor.*

*Bulliant ut dictum, ſub mediam coctionē adjiciendo*

Succi radicum Scillæ recentis *Vncias tres.*

*Et percoquātur ad humidi aquei evaporationē: tum adde*

Ceræ flavæ *Libram unam.*
Colophoniæ,
Reſinæ liquidæ, *ana Libram mediam.*

Gummi

©BIU Santé



Gummi Hederæ pulveriſati,
Galbani Aceto ſoluti, & cocti,
Terebinthinæ, *ana Vncias duas.*
*Fiat S. A. Vnguentum.*

Profuſam Radicum & Seminum copiam, quam parandæ Mucagini vetuſta exemplaria requirebant, ad debitum pondus reducimus; cùm vel optimæ Mucagini conficiendæ ſubtriplum, ut obſervamus, ſimplicium abundè ſuppetat. Succum etiam Scylla ritè parata copioſum & efficacem, quo utimur, Mucaginem verò paucam & liquidam exhibet.

## VNGVENTVM POPVLEVM.

℞. Oculorum Populi arboris recentium, & contuſorum, *Libras tres.*
Axungiæ Porcinæ recentis, fuſę, & colatæ *Lib. vj.*
*Mixta ſimul macerentur, donec herbæ ſequentes colligi poſſint: Tunc*
℞. Foliorum Bardanæ,
Hyoſciami,
Lactucæ,
Mandragoræ, *vel ſi deſit*, tanto plus præfati Hyoſciami,
Papaveris nigri,
Sedi majoris,
minoris,

 Solani,

Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 214 sur 259

©BIU Santé



Solani,
Vmbilici Veneris, *vel ſi deſit*, Craſſulæ,
Cimarum Rubi teneriorum, *ana Manipulos ſex.*

*Contuſa omnia permiſceantur Axungiæ, & oculis Populi: poſt aliquot dies addendo*

Succi Solani,
Aquæ Roſarum, *ana Libram unam.*

*Coquantur ad ſuperflui humidi conſumptionem, colentur, & exprimantur: & ſi opus eſt, recoquantur rurſum in Vnguentum.*

## VNGVENTVM ALABASTRINVM. P. FORESTI.

℞. Florum Chamomillę recentium *Vncias quatuor.*
Cimarum Rubi teneriorum *Vncias duas.*
Foliorum Rutæ viridium *Semunciam.*
Vini albi *Libras duas.*

*Omnia ritè inciſa ac contuſa macerentur ſimul per tres dies in vaſe fictili vitreato: tum additâ*

Olei Roſacei omphacini *Librâ unâ,*

*bulliant ad Vini conſumptionem: colato ad ignem adde*

Lapidis Alabaſtri ſubtiliſſimè triti *Selibram.*
Ceræ albæ *Seſcunciam.*

 *Quibus*

©BIU Santé



*Quibus poſtmodum ab igne ſemotis ac tepentibus immiſce diligenter*

Albumina Ovorum *Numero quatuor.*

*F. S. A. Vnguentum.*

## VNGVENTVM E PETO LOBELII.

℞. Succi Peti,
Olei Hyperici, *ana Libram unam.*
Amygdalarum amararum *Vncias quatuor.*
è ſeminibus Papaveris albi, recenter extracti *Vncias tres.*

*Bulliant ſimul lento igne perſæpe movendo ad ſucci conſumptionem: tum adde*

Ceræ albæ,
Olibani,
Maſtiches,
Terebinthinę Venetæ, *ana Vncias duas.*
Galbani puri Aceto præparati *Vncias tres.*
Æruginis Olei modico diſſolutę *Semunciam.*

*F. S. A. Vnguentum.*

## VNGVENTVM AGRIPPÆ.

℞. Radicum Bryoniæ *Libras duas.*
Cucumeris Aſinini *Libram unam.*

Scyllæ

©BIU Santé



Scyllæ recentis *Selibram.*
Iridis noſtratis *Vncias tres.*
Ebuli,
Filicis,
Tribuli marini, *vel ſi deſit*, Eryngii, *ana Vncias duas.*
Olei veteris *Libras quatuor.*

*Radices mundatæ ac contuſæ, Vinoque priùs irroratæ macerentur in Oleo ſuper cineres calidos per aliquot dies; poſteà coquantur ad humiditatis aqueæ conſumptionem, mox fortiter exprimantur, & in colatura liqueſcant*
Ceræ flavæ *Vnciæ quindecim.*
*F. S. A. Unguentum.*

## VNGVENTVM VENEREVM *ſeu* NEAPOLITANVM RENOD.

℞. Axungiæ Suillæ ſucco Salviç lotæ *Libram unam.*
Ceræ flavæ,
Olei Chamęmelini,
Lumbricorum, *ana Vncias duas.*

*Simul liqueſcant ad ignem ſpatulà movendo; probè mixtis,*

©BIU Santé



*mixtis, & poſtmodum ab igne ſepoſitis admiſce*

Olei Laurini *Vncias duas.*

de Spica *Seſcunciam.*

Hydrargyri per laneum trajecti, & ritè extincti *Vncias quatuor.*

Terebinthinæ ſucco Enulæ lotæ, *Vncias tres.*

Pulveris Chamæpityos,

Salviæ, *ana Drachmas duas.*

Spiritus Vini *Vnciam unam.*

*F. S. A. Vnguentum.*

## VNGVENTVM NERVINVM ex LONDIN.

℞. Foliorum Abrotani,

Abſynthii,

Apii,

Chamęmeli,

Coſti hortenſis,

Ivæ artheticæ,

Lavendulæ,

Lauri,

Meliloti cum floribus,

Primulę Veris cum floribus,

Roſmarini,

 Rutæ,

©BIU Santé



Rutæ,
Salviæ,
Thymi, *ana Manipulum unum.*
Bethonicæ,
Centaurii minoris,
Hyperici,
Menthæ,
Petroſelini,
Pulegii, *ana Manipulum medium.*

*Omnia contuſa infundantur per dies aliquot in*
Olei ex pedibus Ovinis, *vel* Bovinis *Lib. quinque.*
Sevi Ovini, *vel* Bovini *Libris duabus.*

*Tum bulliant ſimul ad aquei humoris conſumptionem, colentur, & exprimantur: colato adde*
Olei de Spica *Semunciam.*

*Fiat S. A. Vnguentum.*

## VNGVENTVM AREGON.

℞. Radicum Ari,
Cucumeris agreſtis,
Bryoniæ, contritarum,
Foliorum Majeranę,
Roſmarini,
Rutæ,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 219 sur 259

©BIU Santé



Serpilli,
Lauri,
Pulicariæ majoris,
minoris,
Sabinæ,
Salviæ, *ana Vncias quatuor.*
Laureolæ *Vncias novem.*
Cucumeris Aſinini,
Nepithæ, *ana Selibram.*

*Omnia Maio menſe collecta & expurgata, ac recenter contuſa macerentur per dies ſeptem in*

Olei communis *Libris ſex.*
Butyri Vaccini *Vnciis quatuor.*
Spiritus Vini optimè rectificati *Librâ unâ.*

*Poſteà coquantur ad humiditatis aqueæ exhalationem, agitando ſpatulâ, ne urantur: in colatura fortiter expreſſa liqueſiant*

Ceræ flavæ *Vnciæ ſexdecim.*

*Tum ab igne ſepoſitis adde*

Adipis Vrſini, *vel ſi deſit,* Taxi,
Olei Laurini, *ana Vncias tres.*
Petrolei *Vnciam unam.*
de Spica *Semunciam.*

*His probè commixtis, ſequentes pulveres inſperge.*

 Maſtichis,

©BIU Santé



Maſtichis,
Olibani, *ana Drachmas ſeptem.*
Radicum Zingiberis,
Pyrethri,
Piperis,
Euphorbii, *ana Vnciam unam.*
*Miſce in Vnguentum.*

## VNGVENTVM DE ARTHANITA MAIVS.

℞. Succi radicum Cyclaminis *Libram unam,* (*vel ejus inopiâ*, decoctum libræ unius Radicum Cyclaminis ſiccatarum)
Succi Cucumeris agreſtis,
Butyri Vaccini, *ana Selibram.*
Olei Irini *Libram unam.*
Radicum Polypodii *Vncias tres.*
Pulpæ Colocynthidis *Seſcunciam.*
Euphorbii *Drachmas duas.*

*Macerentur ſimul omnia ritè præparata per dies octo in vaſe vitreato probè obturato : poſteà leviter bulliant ad ſuccorum ferè conſumptionem : in colatura expreſſa liqueſiant*

Ceræ flavæ *Unciæ duæ & media,*

*Hiſque*

©BIU Santé



*Hiſque adhuc tepidis immiſceantur*

Fellis Taurini ad mellis craſſitiem evapora-

Sagapeni aceto ſoluti, colati, atque itide[m eva-]

porati *ana Drachmæ tres.*

*Atque ultimò ſequentia tenuiſſimè trita inſperge.*

Aloës,

Colocynthidis,

Foliorum, *vel* baccarum Mezerei,

Scammonii,

Turpethi, *ana Semunciam.*

Florum Chamæmeli,

Euphorbii,

Myrrhæ,

Piperis longi,

Zingiberis, *ana Seſquidrachmam.*

Salis gemmæ *Drachmas duas.*

*F. S. A. Unguentum.*

## VNGVENTVM COMITISSÆ VARIGNANÆ.

℞. Corticis mediani Caſtanearum,

Glandium,

Quercus arboris,

Corticum Fabarum,

Radicum Biſtortæ,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 222 sur 259

©BIU Santé



Foliorum Equiſeti,
Pruni ſylveſtris,
Baccarum Myrti,
Gallarum immaturarum,
Sorborum, *vel ſi deſint*, Prunellorum ſylveſtrium immaturorum & ſiccatorum,
Meſpilorum itidem immaturorum & ſiccat.
Acinorum Vvæ omphacitidis, *ana Seſcunciam.*

*Contuſa omnia bulliant ex*
Aquæ Plantaginis *Libris duodecim,*
*dum libræ quatuor ſuperſint: tum reſideant ad teporem, & validè exprimendo colentur. Intereà*

℞. Ceræ novæ *Vncias octo & mediam.*
Olei Myrtini *Seſquilibram.*

*Liqueſcant ſimul in diplomate, & adhuc calentia laventur portione affusâ memorati decocti, agitando ac verſando donec refrigeſcant; tum ſubſidentem aquam per inclinationem effunde, & Ceram iterum iterumque liquatam novâ portione præſcripti decocti toties lava, dum totum decoctum affuderis, & per vices ut priùs effuderis. Reſiduum tandem in duplici vaſe liquetur, & lento igne coquatur ad totius humidi à lotionibus contracti abſtractionem, quæ penitus per inclinationem fieri nequit. Poſteà ab igne ſemoto adjice*

Olei

©BIU Santé



Olei Maſticini, non loti, *Seſquilibram.*

*Et tenuiſſimè ſequentia pulverata inſperge.*

Trochiſcorum de Carabe *Vncias duas.*
Corticis mediani Caſtanearum,
Quercus arboris,
Glandium,
Gallarum immaturarum, *ana Vnciam unam.*
Prunellorum ſylveſtrium immat. & ſiccatorum,
Myrtillorum,
Acinorum Vvæ immaturæ,
Cineris oſſium cruris Bovis,
Succi Hypociſtidis, *vel ſi deſit*, Acaciæ, *ana Semunciam.*

*Fiat S. A. Vnguentum.*

Requirimus Aquæ Plantaginis libras duodecim, ut vim aſtringentem potentiùs eliciat, quæ & coctione longâ invaleſcit.

PARS

©BIU Santé



# PARS DVODECIMA.
## De Ceratis & Emplaſtris.

## CERATA.

### CERATVM STOMACHICVM GAL.

℞. Olei Roſati omphacini *Vncias octo.*
Ceræ flavę *Vncias quatuor.*

*Liqueſcant ſimul ad ignem lentum, & laventur ſæpiùs aquâ Roſarum dum refrigeſcant; quâ effuſâ liqueſcant denuò & laventur æquis partibus Vini auſteri, & ſucci Citoniorum: poſteà in diplomate efferveſcant ad humidi exhalationem, addendo poſtmodum ſequentia tenuiſſimè pulverata.*

Roſarum rubrarum,
Maſtiches, *ana Vncias duas & mediam.*
Foliorum Abſynthii ſiccorũ *Drachm. quindecim.*
Nardi Indicæ *Drachmas decem.*

*Fiat S. A. Ceratum.*

Contrahimus Oleum ad minus pondus, ut majori commodo ſpiſſius ut convenit Ceratum fiat: quod ipſum & in ſequenti obſervamus. Addito Oleo, ſi cui lubet, liquidiora reddentur uſus tempore.

CERA-

©BIU Santé



## CERATVM SANTALINVM MES.

℞. Olei Roſati omphacini *Vncias octo.*
Ceræ albæ *Vncias quatuor.*
*Liqueſcant ſimul, mox ſequentia pulverata inſperge:*
Santali rubri *Drachmas decem.*
albi,
citrini, *ana Drachmas ſex.*
Roſarum rubrarum *Seſcunciam.*
Boli Armeni *Drachmas ſeptem.*
Eboris uſti *Semunciam.*
Caphuræ *Drachmas duas.*
*Fiat S. A. Ceratum.*

# EMPLASTRA.

## EMPLASTRVM DE CERVSSA,
*ſeu*
## ALBVM COCTVM.

℞. Olei Roſacei omphacini,
Ceruſſæ Venetæ ſubtiliſſimè cretæ & lotæ, *ana Seſquilibram.*
*Coquantur ſimul in vaſe terreo vitreato, dum liberè tractari poſſint, tum adde ut liqueſcant,*

©BIU Santé



Ceræ albę minutim conciſæ, *Uncias quatuor.*

*F. ſ. a. Emplaſtrum, & formentur Magdaleæ.*

## EMPLASTRVM *vulgò* DE CRVSTA PANIS MONTAG.

℞. Cruſtæ panis toſtæ, Aceto Roſaceo per mediam horã maceratæ, & ſolidiuſculè excoctæ *Vnc. ij.*

Santali albi,

rubri,

Menthæ ſiccæ,

Roſarum rubrarum,

Maſtiches,

Eboris uſti,

Coralli rubri, *ana Drachmam unam.*

Olei Maſtichini,

Cidoniorum, *ana Vnciam unam.*

Ceræ flavæ *Seſcunciam.*

*Fiat S. A. Emplaſtrum.*

Ceram loco Farinæ Hordei, Roſas quoque admittimus, ſpiſſitudinis emplaſtri ac virium incremento.

## EMPLASTRVM DIACHALCITEOS, *aliàs* DIAPALMA GAL.

℞. Lithargyri aurei tenuiſſimè triti,

Olei veteris, *ana Libras tres.*

Axungiæ

©BIU Santé



Axungiæ Suillę recentis, & purgatæ, *Libras duas.*

*Coquantur ſimul igne lento, & continuò agitentur recenti ramo ſæpius reſciſſo aut mutato ex Palma, vel ſi deſit, Quercu, Meſpilo, Salice, aut Pruno ſylveſtri: mox verò ac legitimè tractari poſſunt, ab igne ſepoſitis immiſce diligenter*

Chalcitidis, *vel ejus loco,* Vitrioli albi uſti & pulverati *Vncias quatuor.*

*Fiat ut artis eſt Emplaſtrum.*

## EMPLASTRVM DE BETHONICA.

℞. Succorum Bethonicæ,
Apii vulgaris,
Plantaginis, *ana Libras duas.*
Ceræ flavæ,
Reſinæ liquidæ, *ana Libram unam.*

*Bulliat Cera cum ſuccis ad aquei humoris conſumptionem, addendo Reſinam ſub medium coctionis,: poſteà immiſce*

Gummi Elemni,
Terebinthinæ claræ, *ana Libram unam.*

*Et fiat S. A. Emplaſtrum.*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 228 sur 259

©BIU Santé



## Emplastrvm Gratia Dei Nic. Præpos.

℞. Foliorum Bethonicæ,
Pimpinellæ,
Verbenæ, recentiũ, *ana Manip. unum.*

*Coquantur igne moderato ex Vini rubri optimi Vnciis duodecim, dum octo ſuperſint: poſt reſidentiam in colatura expreſſa liqueſcant.*

Ceræ flavæ *Vnciæ quatuor,*

*& bulliant ſimul continuè movendo dum medium decocti exhalarit: tum adjice*

Reſinæ aridæ *Libram unam.*

*Bulliant rurſum ad conſumptionem reliqui decocti; poſteà admiſce*

Terebinthinæ claræ *Libram mediam,*

*& omnino tepentibus inſperge diligenter*

Maſtiches tenuiſſimè tritæ *Vnciam unam.*

*Fiat ut artis eſt Emplaſtrum.*

## Emplastrvm Grisevm.

℞. Sevi Arietis *Seſquilibram.*
Olei veteris *Vncias novem.*
Ceræ luteæ *Vncias ſex.*

*Liqueſcant*

©BIU Santé



*Liqueſcant ſimul, tum adde*
Terebinthinæ claræ *Vncias novem.*
*Et ſequentia tenuiſſimè trita inſperge;*
Lapidis calaminaris præparati *Libras duas.*
Ceruſſæ Venetæ lotæ,
Boli albi, *ana Selibram.*
Caphuræ *Semunciam.*
*Fiat ſ. a. Emplaſtrum.*

## Emplastrvm Oxycrocevm.

℞. Colophoniæ,
Picis nigræ probatæ,
Ceræ flavæ, *ana Selibram.*
*Liqueſcant ſimul igne lento, & ab igne ſubductis immiſce diligenter*
Ammoniaci,
Galbani, aceto maceratorum, colatorum, & ad mellis conſiſtentiam evaporatorum,
Terebinthinæ gummi prædictis immixtæ, *ana Vncias duas.*
Croci pulverati, atque itidem gummi pręparatis immixti *Vncias tres.*
*Poſteà actutum inſperge ſequẽtia tenuiſſimè pulverata;*
Olibani,
Maſtiches,



Myrrhæ,

Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 230 sur 259

©BIU Santé



Myrrhæ, *ana Vncias duas.*
*Fiat S. A. Emplaſtrum.*

Minuimus Croci copiam, nullâ virium aut paucâ, multâ verò ſumptuum immutatione; ſi quis aliter malit, augeat ex tempore.

## EMPLASTRVM DE BACCIS LAVRI.

℞. Baccarum Lauri mundatarum *Vncias duas.*
Seminum Cymini præparat, & exſicc. *Seſcunciã.*
Myrrhæ,
Maſtiches,
Olibani, *ana Vnciam unam.*
Terebinthinæ parum coctæ,
Olei Laurini, *ana Drachmas ſex.*
Radicum Coſti nigri.
Galangæ tenuis, *ana Semunciam.*
Mellis liquefacti *Selibram plus minus.*
*Fiat S. A. Emplaſtrum.*

Semina Cymini, Terebinthina, & Oleum Laurinum efficacius Emplaſtrum reddunt, inhibent quoque ne deinceps parti admotum in fruſtula diſſiliat, quo uno priùs ægrotis reddebatur moleſtum.

## EMPLASTRVM DIACHYLVM SIMPLEX.

℞. Lithargyri aurei tenuiſſimè triti *Seſquilibram.*
Olei veteris puri *Libras tres.*

*Lithar-*

©BIU Santé



*Lithargyrus ſenſim Oleo diluatur, diuque piſtillo ligneo jactando nutriatur: poſteà affunde ſenſim*
Mucaginum Althææ,
Fænugreci,
Lini, ut in ung. de Althęa extractarum, *ana Libram unam.*

*Coquantur ſimul igne lento, admixtâ primùm parte illarum mediâ, & ligneâ ſpathâ ſemper agitentur ad humidi conſumptionem: poſteà commixto quoque ab igne ſepoſitis ſenſim & cautè mucaginis reliquo calefacto, percoquantur ut priùs, quouſque contrectata digitos non inquinent; & aſſerventur pro Emplaſtro.*

DIACHYLVM IREATVM *fiet, ſi quibuſque libris Diachyli ſimplicis* Radicum Ireos pulveratarum *Unciam addideris.*

## EMPLASTRVM DIACHYLVM MAIVS CVM GVMMI.

℞. Lithargyri aurei ſubtiliſſimè triti *Libram unam.*
Olei Anethini,
Chamæmelini,
Irini, *ana Vncias octo.*

*Nutriatur ſenſim Lithargyrus Oleis, diuque ſubacto per vices immiſc*

Muca-

©BIU Santé



Mucaginum è radicibus Althææ,
ſem. Fænugræci,
Lini,
Caricis pinguibus,
Vvis paſſis, extractarum,
Succi radicum Iridis,
Scillæ,
Oeſipi humidæ,
Icthyocollæ, *ana Seſcunciam.*

*Coquantur interdum igne lento, adjiciendo primùm mucagines Althææ, Lini & Fænugræci ſimul factas ut ſuprà, paulò poſt Ficuum & Paſſularum calefactas, ligneá ſpathâ continuè agitando, ne urantur, tum Iridis & Scyllæ ſuccos; quibus ferè evaporatis, tandem Oeſipus & Icthyocolla ſoluta & colata immiſceantur: mox adjice ut liqueſcant*
Ceræ flavæ,
Reſinæ pinguis, *ana Vncias duas;*
*Poſteà ab igne ſemotis & paulùlum refrigeratis adde*
Ammoniaci,
Galbani,
Sagapeni, aceto ſolutorum, colatorum, & ad mellis conſiſtentiam evaporatorum,
Bdellii pulverati, *ana Vnciam unam.*

Terebin-

©BIU Santé



Terebinthinę gũmi prædictis immixtę *Vnc. tres.*
*Fiat ſ. a. Emplaſtrum.*

## EMPLASTRVM DE MVCILAGINIBVS.

℞. Olei Anethini,
Chamæmelini,
Liliorum alborum, *ana Seſcunciam.*
*Bulliant affuſis per vices ut in præcedenti emplaſtro*
Mucilaginum è radicibus Althææ,
Corticibus medianis Vlmi,
Semin. Fænugræci,
Lini, ut ſuprà extractarũ,
*ana Vnciis quatuor.*
*His ad humidi conſumptionẽ coctis adde ut liqueſcant,*
Ceræ novæ *Vncias viginti.*
*Poſteà ab igne ſepoſitis, & continuò agitatis donec tepuerint, immiſce diligenter*
Ammoniaci,
Galbani,
Sagapeni, ut in præcedenti præparatorum, *ana Semunciam.*
Terebinthinæ gummi incorporatæ *Vncias duas.*
Croci gummi itidem immixti *Drachmas duas.*
*F. Emplaſtrum ex arte.*

©BIU Santé



## Emplastrvm ad Tophos.

℞. Olei de Capparibus,
Vulpini, *ana Vncias duas.*
Axungiæ Anſeris,
Gallinæ, *ana Vnciam unam.*
Ceræ flavæ *Selibram.*
*Liqueſcant ſimul igne lento, mox ſenſim immiſce*
Pulpæ rad. Ebuli,
Sambuci,
Enulæ,
Bryoniæ, ſub cineribus coctarũ, probè evaporatæ, *ana Vncias duas.*
Scyllæ recentis coctæ, & in ſpiritu Vini per diem integrũ infuſæ, *Vnc. unã.*
*Poſteà ab igne ſubductis adde*
Ammõniaci,
Galbani, in ſpiritu Vini cui Scylla priùs fuerit infuſa, diſſolutorum, *ana Seſcunciam.*
Terebinthinæ gũmi prædictis immixtæ *Vnc. unã.*
*His ſimul agitatis inſperge ſequentia pulverata,*
Maſtiches *Drachmas ſex.*
Sulphuris vivi *Semunciam.*
Euphorbii *Drachmas tres.*
*Fiat ſ. a. Emplaſtrum.*

EMPLA-

©BIU Santé



## EMPLASTRVM DE MELILOTO MESVÆI.

℞. Olei Majoranæ,
Nardini compoſiti, *ana Vncias quatuor.*
Sevi Hircini,
Reſinæ pinguis, *ana Vncias duas & mediam.*
Ceræ flavæ *Vncias ſex.*

*Liqueſcant ſimul igne lento, tum ſequentia tenuiſſimè trita inſperge.*

Summitatum Meliloti ſiccat. *Vncias ſex.*
Foliorum Abſynthii,
Majoranę,
Baccarum Lauri excorticatarum,
Florum Chamæmeli,
Seminum Fænugræci,
Radicum Althææ ſiccat. *ana Drachmas tres.*
Cyperi,
Iridis Florentiæ,
Nardi Indicæ,
Cinnamomi,
Seminum Ameos,
Aniſi,
Cardamomi minoris,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 236 sur 259

©BIU Santé



Carii, *ana Drachmas duas & mediam.*
Ficus ſiccas *Numero duodecim.*
Styracis Calamitę *Drachmas quinque.*
*Mox ab igne ſubductis immiſce*
Ammoniaci aceto ſoluti & ritè cocti *Drach. decē.*
Bdellii iridē aceto præparati *Drachmas quinque.*
Terebinthinæ gummi immixtæ *Seſcunciam.*
*Fiat S. A. Emplaſtrum.*

Emplaſtrum hoc nemo cenſeat molle nimis eſſe, nam corpori admotum citò ſatis indureſcit ob pulverum copiam.

## EMPLASTRVM AD HERNIAM *ſeu* CONTRA RVPTVRAM FERN.

℞. Radicum Ariſtolochię longæ,
rotundæ,
Balauſtiorum,
Myrtillorum,
Gallarum immaturarum,
Nucum Cupreſſi,
Fabarum torrefactarum,
Pſidiæ, *ſeu* Malicorii,
Cupularum Glandium,

Seminum

©BIU Santé



Seminum Naſturtii,
Plantaginis,
Pſyllii,
Acatiæ vulgaris, *ana Semunciam.*

*Omnia craſſiuſculè pulverata & Aceto Roſaceo perfuſa, ſinantur per triduum, deinde torreſiant ad ignem, & exactiùs cum ſequentibus triturentur. Intereà*

℞. Picis nigræ probatæ *Libras duas.*
Ceræ flavæ *Uncias novem.*
Olei myrtini *Vncias duas.*
Ovorum *Unciam unam.*

*Liqueſcant ſimul, tum adde*

Terebinthinæ claræ,
Viſci Aucupum, *ana Vncias duas.*

*Poſteà ad ignem lentum (niſi Viſcum potiùs ſub finem admiſceas) prædictos pulveres unà & ſequentes inſperge,*

Lithargyri aurei,
Lapidis Calaminaris præparati,
Boli Orientalis cineritii, aceto loti,
Sanguinis Draconis, *ana Vncias tres.*
Aloës,
Olibani,
Maſtiches,
Myrrhæ,



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 238 sur 259

©BIU Santé



Mumiæ, *ana Vncias duas.*
Radicum Conſolidæ majoris,
minoris,
Oſmundæ Regalis,
Filicis maris,
Foliorum Equiſeti,
Glaſti,
Scolopendrii, ſiccatorũ, *ana Vnc. unã.*
*Fiat ſ. a. Emplaſtrum.*

Oleum Ovorum, Myrtinum & Viſcus addita ſunt, ut efficacius, agglutinans magis & tenax reddatur Emplaſtrum; quod alioquin membris applicatum facilè dehiſcit.

## Emplastrvm de Ranis Io. de Vigo.

℞. Ranas Rubetas, *vel* aquaticas viventes bonę habitudinis *Numero ſex.*
Lumbricorum terræ purgatorum, deinde Vino albo lotorum & ſubmerſorum *Vncias tres & mediam.*
Vini Hiſpanici generoſi *Libras duas.*
*Infundantur ſimul per aliquot horas, tum bulliant igne moderato ad tertiæ partis conſumptionem, addendo ſub finem*

Matrica-

©BIU Santé



Matricariæ cum floribus,
Schænanthi,
Stæchados Arabicæ, *ana Manipulum unum.*

*Poſteà adjice*

Olei Anethini,
Chamæmelini,
Liliorum alborum, *ana Vncias duas.*
Axungiæ Porci *Libram unam.*
Pinguedinis vituli *Libram mediam.*

*Bulliant rurſum omnia ſimul ad Vini tertias: colaturæ fortiter expreſſæ adde*

Succi radicum Ebuli,
Helenii, *ana Vncias duas.*

*Quibus mixtis & ſenſim affuſis nutriatur*

Lithargyrii aurei tenuiſſimè triti *Libra una,*

*& coquatur igne lento aſſiduè movendo, dum digitos non ampliùs inquinet; tum adjice ut liqueſcant,*

Ceræ citrinæ *Vncias ſex.*
Axungiæ Viperæ, *vel ſi deſit,* Taxi, *Vncias duas & mediam.*
Olei Laurini *Seſcunciam.*

*His ab igne ſemotis, atque tepidis adde*

Olei de Spica *Vncias duas.*
Crocini *Vnciam unam.*

Thuris

©BIU Santé



Thuris maſculi triti *Drachmas decem.*
Euphorbii pulverati *Drachmas quinque.*

*Poſtremò jam jam frigentibus immiſce diligenter*

Terebinthinæ claræ *Vncias duas.*
Styracis liquidæ *Seſcunciam*
Hydrargyri Terebinthinâ extincti, & Styraci prædictæ immixti *Vncias quatuor.*

*Fiat ſ. a. Emplaſtrum, quod & ſine Mercurio in promptu habendum.*

PARS

©BIU Santé



# PARS DECIMA TERTIA.

## De præparationibus ſimplicium medicamentorum magis uſitatis.

### ALOES NVTRITIO PER SVCCVM ROSARVM.

℞. Aloës lucidæ tritæ,
Succi Roſarum pallidarum depurati, *ana Partes æquales.*

*Simul mixta & diſſoluta, Solis aut balnei calore ſenſim exſiccentur, tum rurſum trita, eâdemque ſucci copiâ diſſoluta denuo exſiccentur: quod & tertiò ad minimum fiat, (alii nutriunt duodecies) & maſſa aſſervetur.*

### ALVMINIS VSTIO.

℞. Aluminis Rochæ *Q. V.*
*Indatur crucibulo novo, & igne circumquaque accenſo aduratur, donec ampullas non ampliùs emittat.*

### BVTYRI MAIALIS PRÆPARATIO.

℞. Butyri inſulſi ſub menſis Maii finē confecti *Q. V.*
*Indatur vaſi terreo vitreato, & balnei vel Solis*

 calore

Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 242 sur 259

©BIU Santé



*calore liqueſcat; ſupernatans Butyrum per inclinationem ſeparetur à Sero ſubſidente, & colatum idoneo loco ſine ſale recondatur in annuum uſum.*

## EBORIS, CORNV CERVI, ET CORALLI, ALIORVMQVE OSSIVM VSTIO.

*Oßa quævis in fruſta ſecta cöburantur in novo vaſe fictili, dum penitus albeſcant; tum ſubtiliſſimè trita laventur aliquoties aquâ Roſaceâ, tandem in porphyrite levigata efformentur in Trochiſcos.*

Recentiorum nonnulli aliter præparant abſque aduſtione. Quippe dum aqua vitæ deſtillatur, oſſa filo annexa ſuſpendunt in collo veſicæ, ita ut vinum non attingant, ſed tantùm vaporibus undequaque verberentur, per quos non primâ, ſed repetitis deſtillationibus facta jam friabilia cogunt etiam in Trochiſcos.

## EVPHORBII PRÆPARATIO.

℞. Euphorbii optimi *Q. V.*

*Irroratum guttis aliquot Olei recentis Amygdalarum dulcium ſubtiliter teratur, poſtmodum inſtar collyrii levigatum indatur Pomo Cydoneo aut Citrio excavato, & paſtâ obductum coquatur in fornace; exemptum tandem vaſe vitreo aſſerva.*

©BIU Santé



FOLIORVM LAVREOLÆ,
MEZEREI.
CORTICIS RADICVM ESVLÆ MINORIS,
RADICVM HELLEBORI NIGRI,
SEMINVM CORIANDRI,
CYMINI, &c. PRÆPARATIO.

*Aceto acri horis duodecim perfuſa ſiccentur; id ſecundò fiat, deinde recondantur.*

GVMMI ARABICI,
SEMINVM PAPAVERIS,
PORTVLACÆ,
ET ALIORVM ASSATIO.

*Sartagini ferreæ indita igni exponantur, & verſentur continuò, donec calore contracta rufeſcant.*

Quippe Cerebella Paſſerum in Diaſatyrio, & pulveres in unguentis aſtringentibus non aſſari, ſed torrefieri ſaltem debent, id eſt ab humido ſuperfluo igne mediocri exſiccari, donec leviter contrahantur.

LACCÆ PRÆPARATIO.

℞. Radicum Ariſtolochiæ longæ,
Schænanthi, *ana Vnciam unam.*

 *Bulliant*

©BIU Santé



*Bulliant ſimul, dum libra una ſuperſit; cui colatæ injice*

Laccæ immundæ, (ſincera enim per ſe uſurpari poteſt) & parum fractæ, *Vncias octo.*

*Decoquatur moderato igne, dum purior pars diſſoluta ſupernatet, quæ per inclinationem a ſordibus ſeparata colctur, & balnei aut Solis calore exſiccata recondatur.*

## LAPIDIS CALAMINARIS, ET TVTIÆ PRÆPARATIO.

*Indita crucibulo, & ignita, mox aquæ Roſarum injiciantur; id ſecundò & tertiò fiat: poſteà ſubtiliſſimè lævigata redigantur in paſtillos.*

## LAPIDIS LAZVLI PRÆPARATIO.

*Ad* Pilulas Indas *pulverare ſufficit, & aquâ ſæpius affuſâ lavare, dum pura effundatur.*

*At verò ad* Confectionem Alkermes *uratur primùm in crucibulo, deinde tritus aquâ primùm fontanâ, poſteà aquâ Roſarum aut Meliſſæ toties abluatur, donec limpida poſt lotionem effluat.*

©BIU Santé



## LAPIDVM PRETIOSORVM, CORALLORVM, MARGARITARVM, OCVLORVM CANCRI, &c. PRÆPAR.

*Comminuantur diligenter in Porphyrite, & guttulis aliquot aquæ Roſaceæ affuſis, in alcohol ſeu pollinem tenuiſſimum redacta, in paſtillos efformentur.*

## OLEI LOTIO.

℞. Olei communis *Partem unam.*
Aquæ ferventis *Partes duas.*

*Commixta indantur phialæ magnæ vitreæ, collum oblongum habenti, dein agitentur diligentiſſimè, donec totus liquor ſpumeus & candidus fiat; quo poſteà in Sole aut balneo ad ſubſidentiam detento, ſupernatans Oleum collige, & aſſerva.*

## PVLMONVM VVLPIS PRÆPARATIO.

℞. Pulmonum Vulpis recentium *Q. V.*

*Macerati priùs aquâ fontanâ, dum cruorem omnem emiſerint, laventur diligenter Vino Hiſpanico generoſo, cui priùs folia Hyſſopi & Scabioſæ incoxerint; tum ollæ*



Pharmacopœia Lillensis, jussu Senatus edita, optima quaeque pharmaca à ... - page 246 sur 259

©BIU Santé



*ollæ novæ inditi temperato furni calore abſque aduſtione ſenſim exſiccentur, & Abſynthio vel Hyßopo aut Marrubio ſicco obvoluti reponantur.*

## PINGVEDINVM & AXVNGIARVM PRÆPARATIO.

℞. Pinguedinis aut Axungiæ cujuſlibet recentis, à fibris & membranulis mundatæ, *Q. V.*

*Liqueſcat ad ignem in fictili vitreato, liquata coletur, & abſque ſale loco frigido reponatur in vaſe vitreo per annum duratura.*

## PLVMBI VSTIO.

℞. Plumbi laminarum tenuiſſimarum *Q. V.*

*Superponantur ſibi invicem in vaſe ferreo, interjecto ſemper Sulphure, quo rudiculâ ferreâ candenti accenſo verſentur continuò, donec abeant prorſus in cinerem, quem occluſis naribus exemptum ſæpius lava.*

## SCAMMONII PRÆPARATIO.

Scammonium *variè præparatur: & primò quidem pulveratum Cydoneis excavatis inditur, quibus obductâ paſtâ in furno aſſatis eximitur, vulgò vocatum* Diagridium. *Faciliùs*

©BIU Santé



*Faciliùs à Nurembergenſibus ſic præparatur.*

℞. Myrobolanorum citrin. enucleat. *Unciam unam.*
Succi Cidoneorum *Uncias octo.*

*Fiat infuſio per diem naturalem, tum fortis expreſſio; in colato diſſolve*

Scammonii pulverati *Libram unam,*

*quod in diplomate ſenſim exſiccatum cogatur in Trochiſcos.*

*Nonnulli verò* Scammonium *craſſiuſculè tuſum extendunt ſuper chartam bibulam ad Sulphuris in prunas injecti fumum, & mox ac liquari & chartæ adhærere incipit, ne vim omnem amittat, ſepoſitum terunt; quod* Scammonium ſulphuratum *vocant.*

## SCILLÆ PRÆPARATIO AD TROCHISCOS.

℞. Scillam recentem, candidiſſimam, mediæ magnitudinis, corticosâ parte & lignosâ radice privatam.

*Involve paſtâ è tritico ſubactâ & fermentatâ, tum in furno vel cineribus coque, donec paſta rimas trahens probè excocta ſit, & adacto per eas ſtilo ligneo Scillam undique teneram perſentias, cujus medulla cribro transacta uſui ſit ad Trochiſcos Scilliticos.*

SVCCVM

©BIU Santé



## SVCCVM E SCILLA EXTRAHENDI MODVS.

℞. Scillas recentes *Q. V.*

*Involve paſtâ triticeâ, & moderato calori eo uſque expone, dum ſint non ad mollitiem coctæ, ne ſuccum perdant, ſed tantùm undique excalefactæ; tum ociſſimè exprimatur ſuccus qui uberrimè promanat.*

## TEREBINTHINÆ COQVENDÆ MODVS.

℞. Terebinthinæ Cypriæ *Q. V.*

*Coquatur in amplo vaſe cum vigecuplo ad minimum aquæ, donec inſpiſſetur inſtar maſſæ pilularum.*

## VITRIOLI VSTIO.

℞. Vitrioli Romani pulverati *Q. V.*

*Exſiccetur igne moderato ad albedinem in vaſe terreo non vitreato, agitando ſemper ſpatulâ, ne adhæreſcat; poſtmodum igne adaucto ad rubedinem peruratur.*

APPEN-

©BIU Santé



# APPENDIX.

## RVPTORIVM COMMVNE.

℞. Lixivii fortiſſimi, è quo ſapo niger paratur, *Q. V.*
*Sartagini terreæ inditum ad ignem evaporet; dum humiditate nondum penitus exhalatâ concreſcat in lapidem, quem mox in partes ſciſſum, & in cicerum formam redactum, vaſe vitreo ritè tecto aſſerva.*

## SPARADRAPVM AD FONTICVLOS RVPTORIO INVSTOS.

℞. Emplaſtri de Ceruſſa *Vncias tres.*
Diapalmæ *Vncias duas.*
Diachyli magni *Seſcunciam.*

*Liqueſcant ſimul ad ignem lentum ſine ebullitione, mox ſequentes pulveres inſperge,*

Radicum Iridis Florentiæ *Drachmas duas.*
Minii,
Benzoini, *ana Drachmam unam.*
Cinnamomi *Semidrachmam.*
Olei Caryophyllorum *Guttas aliquot.*

*Simul omnia probè miſceantur, iiſque adhuc calentibus tela attrita immergatur, & F. ſ. a. Sparadrapum.*

©BIU Santé

# INDEX LIBRI.


ACatia vulgaris. 137
Acetum Roſaceum. 65
Salis. 62
Sambucinum. 65
Scilliticum. 66
Sulphuris. 63
Vitrioli. 62
Agaricus Trochiſcatus. 161
Aloës nutritio per ſucc. Roſ. 233
Aluminis uſtio. 233
Amygdalatum. 70
Antidotus Diateſſaron. 171
Anthimonii hepar. 146
Aqua ad Lumbricos. 61
Cephalica. 55
Cinnamomi. 55
Communitatis. 58
Hyſterica. 57
Mellis. 54
Nephritica. 58
Regia, *ſeu* Fortis. 64
Theriacalis. 59
Aqua Hordei. 69
Aqua mulſa. 72
Aquæ ſtillatitiæ ex herbis. 52
Aromaticum Roſatum. 152
Aſſatio medicamentorum. 235
Axungiarum præparatio 238

BEnedicta laxativa. 122
Butyri Maialis præparat. 233
Bryoniæ fæcula. 137

CAryocoſtinum. 118
Catholicon. 115
Ceratum Santalinum. 217
Stomachicum. 216
Chalibs preparatus. 146
Chryſtalli Tartari. 145
Cidoniatum. 108
Condita. 107
Confectio Alkermes 171
Hamech. 123
Conſervæ. 110
Conſerva Roſar. ſolida. 114
Corallorum prepar. 234 237
Coriandri preparatio. 235
Cornu Cervi preparatio. 234
Cremor Tartari. 144
Crocus Martis aperitivus. 146
aſtringens. 146
Metallorum. 146
Cymini preparatio. 235

DEcoctum carminativũ. 69
cõmune Med. 67
cõmune laxat. 68
cõmune clyſt. 68
Hordei. 69
De collectione ſimplicium. 49
Diacarthamum. 120
Diacodium Fernelii. 106
tabulatum. 113
Diagalanga. 157
Diaireos. 157
Diamargaritum frigidum. 154
Diambra. 150
Diamoron. 75
Dianthos. 151
Diaphœnicum. 120


Diapru-

©BIU Santé



Diaprunum lenitivum. 116
ſolutivum. 117
Diarhodon Abbatis. 152
Diaſatyrium. 172
Diaſpermatum. 155
Diatragacanthum frigidũ. 156
Diatrium ſantalum. 154

Eboris uſtio. 234
Elaterium. 138
Electuarium è ſucco Roſ. 119
Indum minus. 118
Emplaſtrum ad tophos. 226
Emplaſtr. album coctum. 217
contra rupturam. 228
de baccis Lauri. 222
de Bethonica. 219
de Ceruſſa. 217
de cruſta panis. 218
de Meliloto. 227
de Mucilaginibus. 225
de Ranis I. de Vigo. 230
Diachylum ſimplex. 222
gũmatum. 223
Diapalma. 218
Gratia Dei. 220
Griſeum. 220
Oxyeroceum. 221
Eſſentia Opii ad Laudanum. 141
Eſulæ præparatio. 235
Euphorbii præparatio. 234
Extractum Abſynthii. 136
Agrimoniæ. 136
Benedictæ laxat. 139
Catholicum. 136

Fumariæ. 137
Pilular. Cocchiar. 139
Prunell. ſylveſt. 137

Fœcula Brioniæ. 137
Farinæ. 144
Flores Sulphuris. 147

Hellebori nigri præpar. 235
Hepar Anthimonii. 146
Hiera Picra Galeni. 126
Diacolocynthidos. 126
Hydromel dilutum. 72
Vinoſum. 72

Iulep Roſarum. 75

Lac Amygdalinum. 70
Virginale. 71
Laccæ præparatio. 235
Lætificans Galeni. 158
Lapidis Lazuli præparat. 236
Calaminaris præp. 236
Lapis Prunellæ. 148
Laudanum Opiatum. 140
Laureolæ præpar. 235
Liquor Myrrhæ. 65
Sacchari. 64
Tartari. 65
Loch ſanum & expertum. 104
Lythontripticon. 159

Magma Hedichroum. 169
Manus Chriſti ſimp. 113
Perlata. 113

©BIU Santé




Margaritarum preparatio. 237
Melicratum. 72
Mel Anthoſatum. 74
Mercuriale. 73
Roſatum. 74
Menſuræ medicæ. 150
Mercurius dulcis. 148
precipitatus. 147
Mezerei preparatio. 235
Mithridatium Damocr. 173
Morſelli Roſei. 114

N

Otæ Medicæ. 51

O

Culorũ Cancri prep. 237
Oinomel. 73
Olei lotio. 237
Oleum Amygd. amarar. 179
dulcium. 179
Anethinum. 182
Aniſi. 190
Buxi. 192
Carii. 190
Caryinum. 179
Ceræ. 192
Chamæmelini. 182
Cidoneorum. 182
Cinnamomi. 191
Corticum Aurant. 191
Citrior. 191
Crocinum. 186
de Abſynthio. 182
de Capparibus. 187
de Caſtoreo comp. 189
de Euphorbio. 186
de Spica. 193
Diacolocynthidos. 188
Fœniculi. 190
Gagatis. 193
Geniſtæ. 182
Guaiaci. 192
Hyperici. 183
Hyoſciami. 179
Irinum. 184
Iuniperi. 193
Kervæ. 180
Keyrini. 182
Laterum. 193
Liliorum alborum. 182
Lini. 179
Lumbric. terreſt. 185
Macis. 179 191
Majoranæ. 182
Maſticinum. 184
Menthæ. 182
Myrrhæ. 65
Myrtillorum. 184
Nardinum comp. 187
Nenupharinum. 183
Nepithæ. 183
Nigellæ. 180
Nucis Iuglandis. 179
Moſchatæ. 179 191
Ovorum. 180
Papaverinum. 180
Petræ. 193
Roſatum compl. 181
omphac. 181
Roſmarini. 183 191
Sacchari. 64

©BIU Santé



Salviæ. 191
Sambucinum. 183
Scorpionum. 193
Solani. 183
Succini. 193
Tartari. 65
Terebinthinæ. 193
Violaceum. 182
Vulpinum. 185
Oſſium nova pręparatio. 234
Oſſium uſtio. 234
Oxycratum. 66
Oxymel ſimplex. 73
Scilliticum. 73
Oxyrhodinum. 66

PAſſulæ purgantes. 109
Paſtilli Aniſi. 163
Penidia hordeata. 112
Petrolœum. 193
Pilulæ Aggregativæ. 132
Aloëphanginæ. 135
Aureæ. 130
Cocchiæ Rhaſis. 130
de Agarico. 129
de Cynogloſſo. 134
de Hermodactilis. 133
de Hiera ſimpl. 128
cum Agar. 129
Indæ Ha'i. 133
Polychreſtæ. 132
Ruffi. 128
Sine quibus. 131
Stomachicæ. 128
Pinguedinum pręparatio 238
Plumbi uſtio. 238
Pondera medica. 50
Pomatum. 200
Poſca. 66
Ptiſana vulgaris. 70
Paſſulata. 70
Pulmon. Vulpis prępar. 237
Pulvis Diaſenæ. 142
Hali. 143

QVatuor Aquæ Cordial. 48
Quatuor Herbę emoll. 46
Quatuor Herbæ Capillares. 47
Quatuor Lapides pretioſi. 48
Quatuor Radices aperientes. 46
Quatuor Semina cal. majora. 47
minora. 47
Quatuor Sem. frigida majora. 48
minora. 48

RAdices conditæ. 107
Rhodomel. 74
Rob Agreſtæ. 107
Berberorum. 107
Ceraſorum. 107
Ribeſiorum. 107

SAccharum Penidiatum. 112
Roſatum. 112 113
Sal Abſynthii. 149
Arthemiſiæ. 149
Carduibenedicti. 149
Geniſtæ. 149
Nephriticum. 149
Prunellæ. 148

©BIU Santé



Theriacale. 149
Scammonii pręparatio. 238
Scammonium ſulphuratũ. 239
Scillæ prępar. ad trochiſc. 239
Scillæ ſucci extractio. 240
Sief album. 163
Species Hieræ picræ. 142
Benedictæ laxat. 142
Caryocoſtini. 142
Electuar. Indi min. 142
Spiritus Salis. 63
Sulphuris. 63
Vitrioli. 62
Sublimatum dulce. 148
Succi condenſati. 137
Succi liquidi. 67
Syrupus Aceti. 75
Adianthinus. 79
Bizantinus comp. 80
Botryos. 89
Capill. Veneris. 79
Corticum Citri. 83
de Abſynth. Rom. 84
de Althæa. 94
de Arthemiſia. 97
de Cichor. com. 99
cum Rheo. 100
tripl. Rheo. 101
de Glycyrriza. 78
de Hyſſopo. 86
de Iujubis. 87
de Mentha. 84
de Meliſſophillo. 93
de Nymphęa comp. 82
de Papavere ſimpl. 81
de Papav. Rhęados. 81
de Pæonia. 90
de Pomis ſolut. 104
de quinque radic. 79
de Raphano. 96
de Roſis ſiccis. 83
de Scolopendrio. 90
de Scordio. 92
de Stæchade. 91
de Symphito. 88
è ſucco Acetoſæ. 76
Agreſtæ. 76
Bethonicæ. 77
Borraginis. 77
Cichorei. 77
Cidoneorũ. 76
Farfaræ. 77
Fumariæ. 77
Granat. acid. 76
dulc. 76
Ribes. 76
Myrtinus compoſ. 85
Regius. 75
Roſar. ſolut. 102
cum Sena & Agar. 102
Violaceus. 78
Tartarum vitriolatum. 145
Terebinthinæ coctio. 240
Theriaca Andromachi ſen. 175
Diateſſaron. 171
Tinctura Cephalica. 55
Torrefactio ſimplicium. 235
Tragemata. 111
Tres Flores cordiales. 47

Trochiſci

©BIU Santé

# INDEX.


Trochiſci ad Gonorrhæam. 164
Albi Rhaſis. 163
Alexiterii. 167
Alhandal. 161
Aniſi. 163
Bechici albi. 163
Cypheos Dam. 168
de Capparibus. 162
de Carabe. 165
de Myrrha. 165
de Rhabarbaro. 162
de terra Lemnia. 166
de Viperis. 168
Scillitici. 168
Viticis. 164
Tutiæ preparatio. 236

Vitrioli calcinatio. 240
Vnguentū Ægyptiac. 196
Agrippæ. 207
Alabaſtrinum. 206
Album Rhaſis. 195
Caphuratū. 195
Apoſtolorum. 198
Aregon. 210
Aſtringens. 201
Aureum. 198
Baſilicum. 196
Comitiſſæ. 213
de Arthanita maj. 212
Defenſivum. 196
Dialthæa ſimpl. 203
gummat. 204
de Peto. 207
Deſiccat. rubrum. 197
Diapompholigos. 197
Enulat. ſimplex. 202
cum Mercur. 202
Mundif. de Apio. 199
Neapolitanum. 208
Nervinum. 209
Nutritum. 195
Opthalmicum. 200
Pomatum. 200
Populeum. 205
Refrigerans. 194
Roſaceum. 194
Tetrapharmacum. 196
Triapharmacum. 195
Venereum. 208


FINIS.

APPRO-

©BIU Santé

# APPROBATIO.

HÆc Pharmacopœa Inſulenſis, juſſu Senatus edita, & magno communique Medicorum ibidem commorantium labore & induſtriâ concinnata, nihil Fidei moribuſque repugnans continet. Quorum quidem Medicorum nomina & cognomina, numero quindecim, deſcripta continentur in primordio hujus dictæ Pharmacopœæ. Quamobrem eam tutò prælo mandari poſſe judico. Datum Inſulis 9^â. Ianuar. 1640.

IOANNES HVCHON *S. Theol. Doctor, S. Salvat. inibi Paſtor, libr. Cenſor.*

BIBLIOTHÈQUE ... PHARMACIE DE PARIS

©BIU Santé

©BIU Santé

23 — 0 — 0
1 — 13 — 0
1 — 11 — 9